

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

MAPKOY gold  
ANTONINIOY  
~~Autocratoris~~

TON REGNATION

BIB. 18

MARCKANTONINI  
IMPERATORIS

DE SEIPSO ET AD SEIPSUM  
libri XII.

GUIL. XYLANDER Augustanus  
Gracè & Latinè primus edidit:

Nunc vero,

Xylandri Versionem locis plurimis emen-  
davit, & novam fecit: in Antonini libros  
Notas & Emendationes  
adjecit

MERICVS CASAFBONVS  
Is. F.

In eisdem Xylandri Annotationes.

---

LONDINI,


Nypis M. Flesher, sumptibus R. Mynde  
in vico vulgo dicto Little Britaine, sub  
Insigne S. Pauli. MDCLIII.

3/1



6Kg





# JOANNI SELDENO

Jurisconsulto , Philologo,

*Viro maximo , MERICVS  
CASAVBONVS, Is.F.*

S. D.

 Mperatoribus olim  
hodieque solenne, vir  
insignissime, sine d-  
ιωφόροις hinc inde sti-  
pantibus, & aliquo  
de primariis aulæ comitatu, in pub-  
licum non omnino aut raro prodire.  
quæ partim ad pompam, partim ad  
terrorem, partim vero ad tutelam  
corporis ab ipsis instituta sunt. M.  
ANTONINUS Imperator priora duo

quanti vivas fecerit, & quo loco ha-  
buerit, si quis ipsi de se scribenti  
mittus credit, at veterum spero scri-  
ptorum consentienti testimonio fidem  
non abrogabit, qui tale eū describunt,  
quale ab omni memoria omnibus om-  
niū gentiū monumentis replicatis &  
excussis alium vix reperiamus: qui  
vel eorum quae splendidissima haben-  
tur inter homines, & quorum gra-  
tiā cœlum terra miscere non veren-  
tūr, tantus & tam constans contem-  
ptor fuerit; vel qui bonitatem, cle-  
mentiam, mansuetudinem (divinas  
virtutes) erga subjectos, simpliciore  
animo & flagrantiore studio exer-  
cuerit. Sed nec hastatorum qui latus  
cingerent & vita caverent, opus il-  
li, cui cùm, tristissimis & afflictis-  
simis

sumis temporibus, orbis Romani, id  
est universi ferè, tutela à Supremo  
Mundi Rectore commissa esset, sic  
eum administravit, ut in ejus vitâ <sup>et</sup>  
incolumitate suae fortunae, suam sa-  
lutem omnes, minimi maximi, verti  
crederent. Nos igitur, cùm noster hic  
redivivus ANTONINUS in lucem  
prodicurus esset, parum de tali comi-  
tatu, qualem diximus, illi comparan-  
do solliciti, de tali comite, seu amico  
(quo titulo insigniores quosdam tem-  
porum suorum Iurisconsultos maxi-  
mos olim Imperatores dignatos esse  
non ignoras) asciscendo cogitavimus,  
qui tum imperitam multitudinem  
non vi aut imperio, sed sola sui na-  
minis autoritate submoveret; tum  
verò doctos undiq. viros <sup>et</sup> intimâ

admissione dignos, ipse longè latèque  
celebris, alliceret. Quem verò potius  
quām te, SELDENE præclarissime,  
qui præstantissimis ingenii tui monu-  
mentis patriam tuam magis orna ve-  
ris, an majus apud exterorū decus tibi  
privatim paraveris, haud facile dixe-  
rim. Ea certè tum domi apud cives  
et populares tuos, tum foris apud ex-  
terorū, ubi cunque literis suis constat  
honos, nominis tui fama et celebri-  
tas, ut eruditum, quicquid illud sit,  
et laude dignum, quod SELDENI  
nomen præfixum habet, non docti  
tantum qui tua legunt et intelli-  
gunt, quod paucorum est; sed et de  
plebe literariâ homines protinus affir-  
maturi sint. Hæc igitur tui nominis  
hic inscribendi caussa publica. Sed nec  
pri-

privata defuit, tua erga me jam olim  
perspecta mihi benevolentia, & de  
me studiisque meis benè merendi  
studium: quo nomine tantò me plus  
tibi debere judico, quantò pauciores  
in hoc regno, qui hæc studia tractent,  
aut tractantes aliquo loco numerent.  
Vale, vir præstantissime, & me ama-  
re, studiisq; meis favere perge.

In

N

er  
de  
scr  
di  
à  
ter  
la  
th  
it  
a  
b  
d  
ex  
ua  
m



In

M. ANTONINI & eis eau<sup>t</sup>or  
libros XII. & hanc editionem,  
Prolegomena.

 *Va Marcus Antoninus, Im-  
perii & rerū gestarum mag-  
nitudine gloriofissimis Impe-  
ratoribus annumerandus; vi-  
ta vero sanctitate & solidā  
eradicatione veterum Philosophorum vel Lau-  
dacissimorum nulli inferior, De seipso fibi  
scripsit, ea postquam semel typis excusa pro-  
dierunt in lacem dudum est cùm certatim  
à doctissimis quibnsq; viris, qui reipub. li-  
teraria promovenda suam navarunt operam,  
laudantur & meritissimis elogis celebran-  
tur: at qui scriptum ne excellentissimum,  
ita & obscurissimum, seu Notis, seu Anno-  
adversioribus, seu Commentariis uberiori-  
bus illustrandum susciperet, quo tam recon-  
dit a sapientia ad plures utilitas perveniret,  
ex omni doctorum numero nemo unus hacte-  
num, quod scia, repertus est. Interius vero qui  
mortaliibus imperitis & incansis falso An-  
tonini*

# Prolegomena.

tonini nomine illudet, & vilissimos in comparatione, fatidissimosque pannos, pro pretiosissimâ purpurâ sacrilegâ fraude circumferret, pridem repertus est Antonius Guevara Hispanus, homo non contemnendi prorsus ingenii, nisi alios ipse, tante impostura fiduciâ, adeò contemptisset; eruditionis autem qua aulicum potius, quam Episcopum; & circumforaneum arctalogum, quam genuinum Philosophum deceret. Sed nec ego talem ab omnibus pridem doctis explosum contemptum quæ tanti facerem, ut hic ejus meminisse dignarer, nisi tanti putarem quam sint homines, quæ stulta, ficta, falsa, putida, pra iis quæ solida sinceraq; sunt amplecti priores, & quæ χολογίαιque verae sunt aurea præponere, tam luculento & illustri exemplo demonstrare. Solis enim sacris Bibliois exceptis alium vix ullum librum existere puto, qui tot in linguis, Gallicam, Italicam, Anglicam, Germanicam, alias, opinor, omnes Europe linguis semel iterumq; translatus: qui repetitis editionibus toties excusus sit. Cum verò per multos annos intra vulgares has linguis tanta se continuaisset impostura feditas, & jam quodammodo suppressa videretur: ecce tibi triginta plus minus ab hinc annis Joannes Wanckelius quidam nomine, natio-

# Prolegomena.

Germanus exortus est, qui magnum operum & pretium, à principibus etiam viris invicatis, facturum se credidit, si egregium hoc rorso Horologium (is enim libro titulus) Latinè fida versum, & Notis adornatum, ab oblivione mqi vindicaret. Hujus ego Latine versionis IV. cum editionem in folio, ad paginas propè septuagintas, prater longissimas prefationes plures, & copiosum Indicem, diffusam; sed & posteriorem aliam in quarto ad rei monstrose (michi certè) fidem servo. O iniquam sortem mortalium! quid enim profectò fieri in profundâ barbari, quale jam non unum, saeculi caligine, melioribus literis proscriptis & extinctis omnibus; cùm tam eruditâ etate tam multi reperiantur, qui oīquata oīgūtas εὐαλλον ἡ χρύσου, & frugibus inventis glande vesci gratum habent? Et memini cùm ante quinquennium in prodigiosum quendam librum, in Angliam tum primum adveatum, Etruscarum Antiquitatum titulo, multisq; aneis tabulis spectabilem fortè incissem, primo statim conspectu fraude deprehensa, ad quam deprehendendam nulla non pagina libri, ne dicam linea, sufficiat; indagationem publicè testatum esse, & originem fraudis in quodam qui tum fortè sub praeteritis de Uſu & consuetudine commentario de-

## Prolegomena.

detexisse. Comperit tamen postea fuisse quod longè aliter sentirent, & tam bellas & speciosas Antiquitates tam duriser acceptas dolerent: imò non defuisse, qui contempero nostro auctorumq; de illis verissimo judicio, ad loca ipsa fideli tanti depositi custodia venerabilia, per mare, per terras magno studio, qui restans sacras oculis usurpare suis, & manibus contigisse possent aliquando gloriari, contendorent. Sed ut ad Axoninum redamus; Annus à parte Salutis Anchore 1558. agebatur, cum primū Guil. Xylander Augustanus, divinum hunc Antonini facsum, à Conrado Gesnero ex Bibl. Palatina Latebris eratum, prouulit in lucem; & ut erat industrius, & in vertendis Gracie affidus, Latine verit, brevibusq; Notis illestravit. De ejus versione plura mox dicemus: sed hoc in antecessum, ne viro docto pro ingenti beneficio gratias indignas repemdamus; paruno candidè & ingennè facturam, qui post tot in hoc genere labores Xylandri, tot elucubratae majorum vigilium, & voluminosiorum scriptorum sive orationum versiones, ex hac una scripti tam pusilli, alias quidem fastor inestimabilis, & non ex mole pendendi, sed pusilli cancri unius versione deesse ritie ejus & eruditione prementiare veler.

Fa-

# Prolegomena.

Facior illum in aliis quoq; operibus non raro  
impingere, nec in exprimendis quos inter-  
pretandos suscepit, semper litare Mercurio:  
sed id potius tamen viri laboriosissimi, &  
ad alia semper properantis festinationi, quam  
lingua Graeca, cuius ut & Latina fuit ille pe-  
ricissimus, ignorantia tribuendam censco. In  
Anconino alia fortasse ratio: ad cujas intel-  
ligentiam non tam Graeca lingua peritia,  
quam veteris & imprimis Placentica Phi-  
losophia cognitione necessaria. Certè quam non  
faciliter optimo viro versionis hujus suscep-  
tus ab ea labor aggredione cesserit, ne non ig-  
noravit ipse, ita nec dissimulauit, ut cum  
Prefationes ejus (qua prima praecepit,) cum  
Nota testis, in quorum altero sagacitatem  
ejus, (amphibeg d' xalæ, x̄ t̄ d̄ b̄ ī x̄ ī quer ēd̄e-  
var x̄ t̄ ȳ c̄v̄a ū x̄ ī quer) dicebat olim Hi-  
erocles: )eciam ubi minus sagax; in altero in-  
genitatem merito tandemus. Sed quod in  
Graci sui codicis defectum culpā sapè rejicit,  
id ut ipsum verè credidisse concedamus, ita  
credendi causas nullas idoneas habuisse certò  
persuasum habemus, & facile, spero, lectori,  
cum de eo agemus, non merito persuadebimus.  
Ceterum cum princeps hac editio, Latina  
principiè Xylandri verio, Typographorum in-  
cuniatos scateret mundis, ne vel eo nomine  
Xylan-

## Prolegomena.

Xylandrum vobis venter ejus paenitereet & puderet; secundâ meliori, novem plus minus annis interjectis, prioris illius maculas & dedecus eluero conatus est. Ea Basileæ a. d. 1568. adornata est. Sed viro doctissimo & occupatissimo ne hîc quidem pro voto aut industria merito respondit eventus. In versione siquidem mendas typographicas haud paucas sustulit: at quæ propria erant ipsius typographia, typographicis longè molestiora, pleraque reliquit. In Graco vero contextu qui nullâ re reagis quam perturbatissimâ interpuñtione laborabat, quo is melior esset, parum aut nihil praestit. Multis post annis, A. quippe D. 1626. Lugduni (Gallia Cœlica urbe) nova prodit Antonini editio: commoda sanc formâ, & typis non inelegantibus: ceterâ vero, Xylandrinâ utraq; longè depravatior. Non enim ex secundâ meliori (quam videntur ignorasse qui hanc procuravere) Basiliensi, sed priore Tigurinâ expressa est: & cum pleraque menda typographica prima ac precipitate illius editionis (qualia, certum pro cœtum: neque, pro usque: subesse, pro substantiæ: somnus, pro sensus: fatum, pro factum: aut, pro autem: mon, pro modo: & id genus alia non pauca) retineat; propriis & ipsa cumulata est, in Gracis precipue,

ma-

## Prolegomena.

maculie: ne tota ἡλικεις Εγένεν μορίτῳ dici pos-  
fit. ne omittam Notas additās; si Nota  
sunt dicenda, hominis (ne quid dicam gra-  
vius) audacissimi (ut cūm & aīēvta λόγοι  
quasi inauditum & barbarum quid, emen-  
deri vult & xρήσιον λόγοι: cūm pro 2507ū,  
Platoni & Stoicis tam familiarī verbo, τέρτῳ  
substituit, & ejusdem farina alia) mera do-  
liria. Ista sunt omnes, que quidem ad manus  
peruenere notissem, Antonius editiones. Quis  
verò in rānto virorum doctissimorum, qua-  
tare nostra brevē & superior etas tulit, anno-  
zō: tant à Commentatorum, qui alii super  
altos veteres quosq; scriptores certatim arri-  
pueratur, cuius fecit Antonini id peculiare  
facuum fuisse non miretur, ut insculpus, impo-  
litus, arsēnyut & par. eos ad hunc usq; diem  
jaceret annos. Diacens fortasse difficultatem  
operis, series à Xylandro commemoratam,  
plorosque ab incepso deserruisse, nisi arrogan-  
ter id à me dictum videri posset, quod à me  
suscepimus sit. (nam praestitum non dicam) id  
ab aliis ne suscipietur, perficiendi difficult-  
tatem possimum obstatisse. Ego serice cūm  
ante annos iam decem totos Augusti hujus  
operis non anteā mihi vidi, sed expediti da-  
uid, compos efform factus, & in lectioне pro-  
gressus effens quantum ad gussum libri suffi-  
A  
corer,

## Prolegomena.

eret, sic eorum que legeram & intelligebam admiratione, pari delectatione junctâ, protinus obstupis, ut nullum non laborem libenter suscepimus fuerim, nulli non oneri subiectus, quo ad ceterorum, ad qua mentis acies nondum penetraverat, intelligentiam pervenirem. Magna tum memini flos animatus persentabat, si forte exemplar Antonini, quo b. m. parens usque fuerat, adipiscerer, band panga in eo reperturū me adorat (qua in plurimis viceribus legendis ejus sedulitas & diligentia) notata, qua magno futura effem maxilio. sed cum cùm humanissimi juxta et studiissimi viri Patricii Junii, Bibliotheca Regis profecti dignissimi operâ consequuntu effem, quam spē meā frustratu sine, ipsum illum testor, optimâ fidei, nec minoris in his iudicij testem, omni exceptione maiorum. loco enim emendationum aut conjecturarum quas expectabam plurimas, plurimi se singulis fore paginis òbnox ac xiaoqui, quibus qua pro sanitatis aut corruptis haberet notare solebat, obdiderunt. Ait Aristoteles, & verè ait, ut mea fert sententia, (quod & hodierni Itali vulgari jactant proverbio) nullus regas neivor, n. & zaxibbor, si med' ñdorni ñregnyvus. cum agitur lecto samel sacerumq; Ietro, novâ semper cum violente ad novam

## Prolegomina.

Lectionem redirem, factum tandem est sepè  
legendo, ut que prius absata à réperta tene-  
brisq; plus quam Cimmeris obvolta vide-  
bantur, ea pleraq; pancyfimis exceptis, adèò  
plana & expedita se praberent, vix aliis ut  
sit ex veterum omnium librorum numero  
liber, quem mihi magis notum perspectumq;  
crederem. Quà ex re cùm gaudiū pro prioro  
meo studio desiderioq; quantum par erat per-  
ciperem, re tamen ipsā, quod à viris sapienti-  
bus observatum memini, tunc expertus  
sum, nullum tantum bonum esse, cuius pri-  
vata & solitaria possessio si non ingrata, certè  
pro rei merito iucunda sit. Quare cùm ficti-  
tum illum, stramineum, volgivagum Gue-  
vara Marcum Aurelium etiam Anglicū  
versum esse compressem; cùm mihi privatim  
pro munere suscepto nihil deinceps ex usu  
magis quam lingua Anglicā promptus usus,  
cuius non inutiliter excolenda hac opportu-  
nitas sese offerebat; cum deniq; Latinorum  
& Graecorum librorū editiones (principiè qui  
Cantuaria, à Typographis & bibliopolis one-  
ribus longè submotus, sedens fixam habe-  
rem) non sine multa difficultate his in terris  
procurrari viderent; de vertendo in linguis  
Anglicam eximium hoc opus, magna spe  
concepè fore ut multis prodeisset, si sic verte-

# Prolegomena.

retur ut à multis intelligi posset, paucos p-  
menses quām ipse videram & legeram, ap-  
me constitui: nec ante destiti, quām quod  
unus proposueram, Deo ceptis aspirante, co-  
fecissim. De istâ versione non aliud dicu-  
nisi viris in hoc regno (quod non nunc cora-  
testatus est) à dignitate, sed & ab eruditio-  
ne summis handpanois rem fecisse me gra-  
tissimam. Cùm autem non pauci versiones  
delectati de Gracis edendis sapientia interpet-  
larent, dudum projecto eorum voluntatis mo-  
rem cessissent, nisi quod dum vacationis ab  
aliis negotiis & Londinensis ad tempus com-  
memorationis opportunitatem expecto, intersem  
non unius indicio ad me pervenit Tho: Ga-  
thakerum, virum eruditissimum apud Anglos  
opinione celebrem, Gracem, ut perhibebant ipsis,  
peritissimum, eam in se provinciam à longo  
jam tempore suscepisse, ac prope jam defun-  
ctum esse. Ego cùm quod amicis instantibus  
opponerem jam habarem, & otii quantum satis  
effet agrè mihi pollicerer, molestia antē plus  
satis in mundo presenticerem, facile in ani-  
mum induxi ut ab incepto desisterem. Verum  
post plurium amorum irritans expectationem  
cum jam dubitare, qui spem excavarant,  
animadverterem; cùmq; ea incidissent tem-  
pora Reipub. ut animos tuos munire optimis

## Prolegomena.

praeceptis, tum à trifissimis cogitationibus  
avertere quacunq; ratione laborarem, memor  
quanta cum animi voluptate in versione  
Anglicā versatus essem, ad Graco-Latinam  
Antonini editionem cum Notis, que non  
multa quidē, pro succisi vi temporis ratione,  
essent; sed qua nihil tamen, dignus ubi vin-  
dice nodus, intactum relinquenter, mentem  
capi convertere. Sed priusquam manū operi  
admoveo, virum illum doctissimum, de solidi  
dum fama mīhi notum, conveniendum mīhi  
credidis. Superioris anni Maius tum men-  
sis agebatur. Quid multa? Post multis ultro  
citroq; de Antonino sermones, tandem ostendit  
mīhi vir humanissimus scriptos manu tomos  
in quarto, (ut loquimur vulgo) binos, bene  
spissos, quorum alter ipsum Antonini contex-  
tum cū Latinā versione continebat; prolixos  
alter in Antoninum Commentarios: utroq;  
eā curā descripsit, ut editioni paratos res i-  
psa loqueretur. paratos autem plures jam an-  
nos ita fuisse idē qui ostendit asseverabat: at  
quando prodituri essent in lucem, cūm que  
halterus obsterant, eadem nunc quoq; essent  
impedimento, nihil asseverare se, aut in se re-  
cipere posse profitebatur. Cūm ego vicissim  
consilium ei meum de Xylandri versione in-  
terpolandā, & brevibus Notis addendis ape-  
ruisse,

## Prolegomena.

quissem, adeò non improbaris, ut laudaret  
etiam, & ultrò cohortaretur. Ab eo tempore  
quicquid ab aliis studiis & negotiis liberi  
temporis obtigisset, id hinc uni cura curan-  
da, donec confecta res esset, à me destinatum.  
Quid aut ē nobis hac editione proposuerimus,  
id demum superest ut paucis hic exponamus.  
Ab ipso, quod pricipium est, Antonini con-  
textu incipiemus. qui quidem, si Xylandro  
credimus, vix e Antonini contextus dici me-  
reatur. Est enim ubi non Antonini hoc ipsius  
opus, sed ἐκλογὰς duntaxat ex Antonino; ut  
in posterioris editionis prefatione: est ubi  
mutilos miseréque decurtatos, hos libros;  
ubi librum mutilum & plerisque locis in-  
terruptum interpolatumque, ut in prioris:  
ubi deniq; pleraque lacera, ut in Notis Σω-  
τόνιως pronuntiat. Hujus autem assertiois &  
judicii si quis à Xylandro caussam requirat,  
hac nimirum est, sententiarum obscuritas  
& incohærentia. De posteriore ut primum  
dicam: Eorum qua ἀφεσίνως à veteribus  
per sectiones & capitula tradita sunt eam esse  
rationem, ut sectiones, seu capita, nullā, nisi  
casu, vel argumenti, vel orationis serie ophi-  
lág, coherent inter se; quis ignorat? Eam  
autem αἰμέθοδον μέθοδον veteribus sapientie  
magistris probatam & usurpatam maxime

# Prolegomena.

ut ex Solomonis, Theognidis, Phocylidis  
aliorumq; Gnomologis monumentis facile  
discimus; ita recentioris & vii viros acutissi-  
mos non defuisse video, qui ordine vel ex-  
Etissimo certas ob causas (quas non est hic  
examiniandi locus) anteponerent. Cum igitur  
tā certū sit quād quod certissimū, hac ab eo-  
os ḡ ἀφοεισκός (qualia ḡ Epidetēi quod  
vocatur Enchiridii pleraq;, nisi si quis inge-  
niī subtilitate fretus ἀσύγκλωσα κλωδεῖ ag-  
grediatur) ab Antonino congeta esse, nec  
aliam querendam seu verborum seu sensuū  
ἀλληλοχίαv, quā qua in singulis sectionibus;  
magna pars obscuritatis sublata fuerit, si  
sectiones (qua nostri laboris pars non minima)  
recte secreveris, ḡ diremeris. Sectionibus  
recte ritēq; discretis ac diremptis, si qua a-  
lia suparet obscuritas, inde potissimum est,  
quod Antoninus in veterum lectione tri-  
tissimus, eorum verba suis crebrā, tacitis  
ipsis, sic intertexat; ad intertexta (aut qua  
interdum in animo tantū habebat) suis  
sapè verbis tacite sic alludat ḡ inten-  
dat; ut hæc animadvertere ḡ dijudi-  
care singula vix cuiusquam fortasse sit  
etiams diligentissimi: qui vero in vete-  
rum, Philosophorum præcipue, lectione  
bene versatus non sit, is ~~enarrat~~ nihil mi-

## Prolegomena.

mirum si in eam crebro & aegrotioriter in ser-  
fibus & verbis nivō crebris offendat & ba-  
rebat. Praterea, quis ab eo qui secundum loqua-  
tur & sibi scribat nisi, eam sermonis expe-  
ctet perspicuitatem, quam ab eo qui alios, res  
legantur, & proficit, iure meritoq; requiramus?  
Sed quicquid hujus sit, ne quis ultra sit hinc  
exceptioni locus, afferere non verebimur,  
paucissima (quis autem liber antiquus tam  
planus & perspicuus, ne Oedipo aliquo nullibi  
egeat? ut nodos etiam doltissimis inenoda-  
biles nullos habeant?) in his libris esse, que  
non integra modo, sed & ad explicandum fa-  
cilia praestare non possimus. Refutati obsecu-  
ritatis & avaroxolentias calumniam, cur imper-  
fecti sint hi libri, nullum, quod sciam, aliud  
argumentum, cur autem perfecti iudicandi  
sint, & optima nota codice eu fuisse quo Xy-  
lander natus est, & expressis typis credibile sit,  
cum alia possunt afferri, cum illud in primis,  
quod quacunq; extant apud Suidā (quam mihi  
quidem hactenus reperta) Antonini Fra-  
gmenta, que paulo post inter Testimonia  
reperientur: quacunq; in Excerptis (de qui-  
bus in Notis, initio) nomen Epicteti II. pre-  
ferentibus Heschelianis, ea cum editione Xy-  
landri, variantibus aliquot lectionibus ex-  
ceptis, per omnia congruunt. Qui igitur co-  
dici

## Prolegomena.

dici Xylandrino, ut optima nota codici, multum  
deferremus, & Xylandrinā editionem ex illo  
(nisi quod ex Notis ejus quædam in textum,  
nescio an ipso auctore, temere recepta) fideliter  
expressam esse non levibus argumentis  
adducti judicaremus, & ipsam fideliter ut  
hic, quoad ejus potuit, solis mendis typogra-  
phicis, & minutioribus exceptis, exhibe-  
remus, præcipue curavimus. Sed cum secunda  
ac melioris Xylandrina editionis nullum ex-  
emplar quod excudendum typographo trade-  
remus suspeteret, Lugdunensis editionis ex-  
emplar quod suspetebat, prius tamen à me colla-  
tum, & ad meliorem illam editionem quam  
potui diligentissime correctum, tradere co-  
acti sumus. Non mirum tamen si quadam  
nostram, præcipue cum mens toties aliis lou-  
gè curis & sollicitudinibus interpellaretur,  
fugerunt diligentiam: qua ploraq; aut in  
Notis aut in Erratis indicate sunt. Depulsa  
imperfectionis inuidia, non abs re fortasse fu-  
erit & illis hic paucis occurtere, si qui futuri  
sunt, qui de redundantia questuri sunt.  
Negari certè non potest, eadem sapientis libri  
(iisdem quidē planè verbis non multa,  
at non multum diversis handpanca) ingeri &  
inculcari. Hoc igitur objecturis quod uni-  
versè respondeamus hoc præstò nobis est, dis

## Prolegomena.

νὴ τὰ τελεῖα: aut quod alicubi recte Sene-  
ca, Nunquam nimis dicitur, quod nun-  
quam satis discitur. Sed Antoninum præ-  
terea & hoc peculiariter excusat, quod, ut  
de obscuritate modo dicebamus, hoc quic-  
quid est operis, non id aliis, ut in vulgo e-  
manaret & publicè prodeisset, adornavit: sed  
sibi privatim, (quoniam & aliis, dum sibi,  
tanto Domino, & Exemplo) ut in virtute  
proficeret, commentatus est. ut hinc quidem  
quid ille sibi ipse, conscientia sua sedulus ac  
severus scrutator, apprimè uile ac necessariū  
judicaverit, addiscere possumus: iudicio ejus  
aut memoria irasci, quod ab iisdem repe-  
tendis & inculcandis, que ad profectum vir-  
tutis prima & summa haberet & quotidie  
experiretur, haud abstinnerit, sine summa in-  
iquitate nequeamus. Ad versionem quod  
attinet, cū Xylandro libenter honorē habui-  
mus, ut ejus versionem, nisi ubi res ipsa aliter  
postulabat, & sententiae ipsius intererat, ubiq.  
retineremus. Ingenuè certè & candide ab illo  
factum est, quod in quibusdā (nec falso di-  
xisset, si in multis dixisset) coactū se divi-  
nare, & audacter à codice Græco discede-  
re, agnoscit ipse. sed & in aliâ prefatione, quā  
posteriori editioni primâ prefixit, non minus  
ingenuè & verè, quædā in Antonino esse,

quæ

## Prolegomena.

quæ prorsus non attingere præstissem, quā  
conciendo aliena pro Antoninianis for-  
tassis ingerere. Hoc sane vere dicere possu-  
mus, plurimas esse sectiones, nec illas è brevis-  
simis, in quibus Antoniniana mentis & sen-  
tentia in Xylandrinā versione neq; vola, neq;  
vestigii: ut illas omittā, in quibus quod erat  
ita contrarium, ut nihil magis esse possit, ex-  
pressit, aut potius, ut ipse in Notis alicubi lo-  
quisur, ariolans est. quæ à nobis è dicuntur,  
non ut viro docto reuinōs insultemus; cuius  
memoria, ut catora ejus merita omittamus,  
vel hoc uno nomine quod Antoninū illi debe-  
amus, ita favemus, ut ejus par est memoria,  
qui maximo nos obstrinxerit beneficio: sed ut  
si qui nostri in hac interpolandā & recensēdā  
versione laboris & instituti parū candidi fu-  
turi sunt interpres, eis aliquid opponeremus.  
Mutata vero versionis, ubi dubitandi cauſſa  
erat, in Notis rationem reddidimus. ubi non  
era, ut labori parceremus putido, & ne ob-  
trectandi maliciam quæſivisse videremur,  
libenter abstinimus. Quod si non in promptu  
cauſſa semper, quæ me movit ( et si fieri  
potest ut in quibusdam me quoq; ratio fuge-  
rit ) ut mutarem, Lectorem minus inselli-  
gentem oratum velim, ne quorum ipſe  
rationem statim non assequitur, ea statim  
nullā

## Prolegomena.

nullà ratione nisi pronuntiet, aut plane iudicet. Sic exempli causa, ipso statim inizio, quod Xylander verterat, Existimatione parentis mei; malum nos, Existimatione genitoris mei. Erunt fortasse qui ad τὸ γεννῶντα, quasi id melius genitor quam parentis, aut elegans, (quo quid praeclius?) verteretur, respexisse suspicabimur. Ego vero τὸ γεννῶντα, parentem Latinè vulgo optimè reddi non magis dubito, quam τὸ γεννῶντα τὸ πατέρα idem vulgo sonare, sed ut hoc loco τὸ γεννῶντα consultò dixit Antoninus, ut naturalem patrem, qui genuerat, ab eo quem πατέρα cap. I 3. Παρότι πατέρος, &c. nuncipat, qui scilicet adoperaverat, distingueret: ita, qui genuit, hic, vel genitorem, quam parentem, cum parentis latior interdum soleat esse (quo sensu Capitolinus in vita Marci, Omnibus parentibus suis tantam reverentiam, &c. capiendus) significatio, ad Antonini mentem propius accedere credidi. De Sectionibus seu Capitulis jam diximus aliquid. sed est porro quod dicamus, quia in eorum divisione & partitione multū situm est. Nobis in hac quam hic exhibemus partitione non id propositum fuit, ut singulos rurbras, seu singula quæ vocat Antoninus κεφάλαια, & interdum παρασίματα, seorsim

## Prolegomena.

erisim representaremus, sed ut ea (plura an pauciora essent) eisdem sectionibus includeremus, quae conjuncta perspicuitatem, obscuritatem divulsa peperissent. In plurimis autem, ubi sententia nihil interest, sive conjuncta legantur, sive separata, arbitrio meo resum sum, nulli legem imposituru, quin alter per me liceat ipsi disponere. Hoc tamen premonitum velim lectorum, temere facturū qui non semel iterumq; lecto toto libro, & attentè lecto, de novo cogitabit ordine. quid enim in singulis sectionibus ubi aliqua difficultatis aut obscuritatis suspicio, spectaverimus, illi demum intelligent, qui frequenter lectione totum illum adeò sibi familiarē reddiderint, ut de singulis partibus ex toto, quod toti maxime conveniat, judicium facere possint. Exempli causā, lib. IV. c. 6. ubi nos nova sectionis initium facimus, Tauta utrū  
vōdō ἔ τοιετων, &c. erunt fortasse qui connecti cum superioribus ista debuisse, nihil ultra providentes, sola que sunt ante oculos cogitantes, censemunt. qui cadens fortasse cum sequentibus istis, δλως δ' ἐκενο μεμυνο, &c. &, Λεγο την ρασάλην, &c. conjuncta esse non minus improbabunt, quod ratio coherentia non appareat. At iisdem si cogitaverint Antonino solenne esse quoties ad alienam improbita-

## Prolegomena.

bitatem patienter ferendam se hortatur, & ne-  
cessariis praefidit (quod facit ille sapissime,  
neq; aliud puto frusse, quod magis ipsius ex-  
ercentur) ante rupuit, duplice necessitatem  
ponere; aliam generalem, respectum mundi, cui  
gus ordini maxime consentaneum esse (ita  
quidens ille, nec ille solus, sed alii plures tam  
philosophi, tam Theologi veteres Christiani  
pluribus adstrinxunt) ut improbi permittan-  
tur, asserit: aliam particularem, quod istis  
opinionibus positis, tales mores, tales actiones  
consequi (unde & illud sequitur, invitos quo-  
dammodo peccare, qui opinionibus abrepti  
peccant) necesse sit: ut autem necessitatem,  
ita & avi brevitatem, ut praesentissimum ad  
compescendam iram remedium passim incul-  
care: eundem deniq; omnes irascendi causas,  
ad falsas & imaginarias (quibus indulgere  
stultum sit, quasq; admittere vel excludere  
nostris sit arbitris) opiniones referre solere:  
qui bac inquam cogitaveris, illa omnia que  
sectionis istius ambien comprehendimus, co-  
dem percinero, nec separari debuisse confes-  
surus est. Quid nobis proposuerimus, & qui-  
bus adducti rationibus, hactenus prefatis su-  
mus. Sed propositionem ramen adhuc restat  
primarium, quod apertenter invicem tunc &  
etiam nobis, quod uno verbo expediam, pro-  
desso,

## Prolegomena.

desse, & sis potissimum gratificari, quibus  
virtus & vera pietas cordi est, & vita finis.  
Ego illum, quicunq<sub>z</sub>, tandem sit, optimè Anto-  
nium intelligere existimabo, quisquis ita  
leget, ut per eum in vitâ proficiat. Hoc tibi,  
Lector quisquis es, opto vovecq<sub>z</sub> ex animo:  
si & tu mibi, non aliud à te mea qualiscunq<sub>z</sub>  
industria premium postulo. Vale.

---

110

## Errata.

**P**Ag. 4. lin. 29. Sinuēssā. p. 9. l. 1. 2. δυσαρέσει.  
p. 13. l. 20. τῇ μηδ. 17. l. 21. ἐκάνθαρτοι. 41. l. 23.  
ώς καὶ εἰν. p. 47. l. 3. παλίγγον. p. 59. l. 11. διαδοχὴν.  
p. 79. l. 6. ἐπαινεῖ. p. 83. l. 4. τὸ αἷγ. p. 87. l. 2. κατ-  
ενταθέντες. p. 89. l. 21. ἀντῆ. p. 93. l. 10. ταῦτα.  
p. 94. l. 26. at non. p. 106. l. 6. cūcurrīt. p. 114. l. 18.  
etiam v. p. 155. l. 10. τῇ τοι. p. 163. l. 9. οὐεὶς τῷ.  
p. 183. l. 23. ἀνή. δὲς ως ἐμ. δοκεῖ. p. 191. l. 14.  
τοῦτο. p. 194. l. 4, 5. subservierit. ib. l. 13. divinus.  
p. 210. l. 22 strigm. 228. l. 20. unumquemq; 238. l.  
30. excidat. p. 251. l. 15. ἀνθρώπια. p. 260. l. 11.  
12. aliud auxilium. p. 283. l. 2. ἀνακεκραμένοι,  
p. 287. l. 1, 2. ἔτως γόσ. 298. l. 11. contemnes, ū v.  
p. 303. l. 10. ἀποτετμ. 310. l. 13. ob aliud. p. 327.  
l. 1. παρωχηκ. p. 335. l. pen. κατανοήσαις. p. 343.  
l. 1. τῷ. ib. l. 3. ὁ παρ.

*In Notis.* p. 5. l. 6. ἀπόque. p. 32. l. 13. αὐθῃ. l. μόρ.  
p. 58. l. 14. Ὁρθογγον hoc loco n. p. 124. l. pen. ratio-  
nem. ib. l. ult. sive redditione. p. 138. l. 28. τὸ τῇ  
ἢν. p. 147. l. 1. delc, quod. *Alia si qua sunt, leviora*  
*pleraque, lectoris oculatioris diligentie relinquimus.*

DE

DE  
MARCO AV-  
RELIIO ANTONINO,

Principe multis nominibus  
incomparabili; tum singulari  
ejus eruditione, scriptisque  
variis, veterum quorundam scri-  
ptorum, sed & recentiorum  
nonnulla, *Testimonia.*

**A** THENAGORAS, phi-  
losophus Atheniensis, Chri-  
stianus, in legatione pro Chri-  
stianis, M. Aυρηλ. Αὐλονίω χρή Λ. Aυρηλ.  
Κομιδῶ, Αρμεναχῖς, Σαρματικοῖς, τῷ  
δὲ μέγιστῳ, φιλοσόφοις, inscriptâ:

Καὶ ὁ χ' ὡς ὅπερεικνύων τὸ δόγ-  
ματος τῆς φιλοσοφίας ἐπ' ἀκριβὲς, γάτως  
ἢ εἰρήκοι τοῖς θεῖς, διέξειμ. οἶδα γε  
ὅπις ὁσον συνέστι καὶ ιχύς τὸ βασιλεῖας  
πάτων περέχετε, τοσστοι καὶ τῷ πᾶσσα  
πατεῖσας ἀκριβῶν, πάγκων κρατεῖται

B

γάτω

## De Marco Aurelio

Ἐπειδὴ ἔχοντες παιδίας μέρος κατόπιν τῆς ζωῆς οἱ ἐπί αὐτῶν μάθηματα διατελεῖμενοι.

Neque vero ut accuratam philosophicorum dogmatum cognitionem ostentaturus, varias illorum de Deo opiniones commemorare apud vos nunc aggredior. Novi enim vos quantum prudentiā simus et imperio præstatis omnibus, tantum etiam exquisitā scientiarum cognitione excellere: Ita in singulis pariter sapientia partibus eximiè versatos, ut qui unam duxerat aliquam sibi excolendam delegerunt, etiam illos in hac ipsā parte superetis.

HERODIANUS, initio Historiæ : Τὰς θυγατέρας οἱ ὄπει μουεῖας ἐξέδωτο εἰδότοι τὸν οὐκ ξύν-

# *Antonino Testimonia.*

Ἐτοι βγλῆς τοῖς ἀείσοις, καὶ τὸν γένειον μαρτυρῶντας διαδεχαῖς θύπατείδης, οὐδὲ τὸν πλάνην τοῦ Βολᾶς λαμπεῖν, καστίγιον  
οὐδὲ τὸ Θέριον, καὶ σώφρονας τὸ Βίον, γαστρὸν  
Ερεύνων ἀντῷ γνέαδας φέλων. Ζεῦτα γέδυμον  
να τοῦχος ἴδια καὶ ἀναφαίρεται ἡγεῖτο  
κτήματα. ἀρετῆς δὲ πάσους ἔμελλε  
αὐτῷ. Λόγων τε ἀρχαιότητος ήτο ἐρευνής,  
εἰς ρυμεῖδας μήτε Ρωμαίους μήτε Ελλί-  
νους. Διπλεῖ πεδίῳ. Δικλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς  
ημᾶς ἥλθει, οὐ λεχθέατα περὶ αὐτῶν,  
οὐ γναφέστατα παρεῖχεν καὶ τοῖς ἀρχομένοις  
ἴκατοι Ἐπικεκτῆ καὶ μέτειον Σαοιλέα, τύς  
τοι περούσιοντας διξιώμενος, καλύπτων τα-  
τὺς τοῖς αὐτοῖς διδυμόρρυνς Διποσοβεῖν  
τοὺς αἰνιγγάνιοντας. μόνος τε Σαοιλέων  
φιλοσοφίας καὶ λόγων, οὐδὲ διηγμάτων  
γύρων, σεμνῷ δὲ ἵψει καὶ βίᾳ σώφρου  
θητικόσσοτο.

## De Marco Aurel.

Filiae porro, cum adolevissent, optimis ex ordine Senatorio viris collocavit. Neque enim qui longam generis seriem præferrent, aut qui opes nimias ostentarent, sed qui morum probitate, atque modestia, vitaque innocentia præcellerent, eos sibi generos diligendos putabat. Hæc enim sola animi bona certa esse stabiliaque ducebat. Virtutem nullam non magnopere exercuit: adeò literarum antiquitatis studiosus, ut nemini sit in eo genere Gracorum Romanorūmque secundus. Argumento sunt permulta qua ab illo dicta atque conscripta ad nos usque pervenerunt. Adeò verò civilem sese, & commodum omnibus principem prestat, ut adeuntium cuivis dextram placidè daret, neminemq; à suis custodibus prohiberi aditu pateretur: solisque imperatorum sapientie studium non verbis aut decretorum scientia, sed gravitate morum vitaque continentia usurpavit.

SUIDAS,

# *Antonino Testimonia.*

SUIDAS, in voce Μάρκος,  
tria diversa diversorum scriptorum  
profert testimonia, unico Dione in  
ultimo nominato: unde est, quod  
priora duo Anonymis à quibus-  
dam adscribantur, cùm tamen ali-  
oqui notissimi sint scriptores è qui-  
bus & illa promuntur. De singulis  
igitur, quia testimonia ipsa integra  
hīc transcribere, quòd tum ipsi fon-  
tes, tum tradux exscriptor que Sui-  
das omnibus sint pervii pateant-  
que, minimè necessarium judicavi-  
mus, paucis hīc agemus. Primum  
igitur quod incipit, Μάρκος ὁ ἡγε-  
της Σαολέως Παιαίων, ex Philo-  
strato, in vitâ Herodis, nobilis illius  
sophistæ, sumptum est; paucis ini-  
tio & fine verbis, quæ verisimile est  
ipsius esse Suidæ, duntaxat excep-  
tis. Sed in paucis illis observanda  
de duodenario librorum horum nu-  
mero verba; Οὐτος ἔγειρε τῷ ιδίῳ βίᾳ

## *De Marco Aurel.*

Μάρκος ἡγεμόνιος 16. Secundum  
quod incipit, Μάρκος βασιλεὺς Πα-  
ναίων ὁ ἐπλήντεας, &c. est pura  
puta Eutropii μετάφρεσος, aut πα-  
ράφρεσος potius. Quæcunque enim  
Latinus ille Breviator Historiarum  
stylo contractiore, & inde saepius,  
sed & ob acumen sophisticum non-  
nunquam, obscuriore; hic Græcè  
sic redduntur, ut non pauca passim  
verba suppleantur, quæ sententiam  
clariorem ac pleniores reddant. In  
uno tamen & altero loco mentem  
Eutropii non satis assequutus est  
hic ( quicunque ) paraphrastes.  
Cæterūm è duobus, quorum noti-  
tia ad nos pervenit, Eutropii Græ-  
cis interpretibus; Capitone, cuius  
non solus Suidas meminit; & Pæa-  
nio, cuius translatio pridem inlu-  
cem prodiit; utri horum tribuenda  
sint hæc, si quis quærat: etsi Pæa-  
niūm videre mihi non hactenus

con-

## Antonino Testimonia.

contigerit, ex iis tamen quæ de ejus versione viri doctissimi, Jos. Scaliger, b. m. parens Is. Casabonus, Valesius, aliique qui legerunt, passim pronuntiant, non Pæanio, sed Capitoni, ut & antiquiori & longè præstantiori adjudicanda esse! facilis est conjectura. Sunt enim hæc quoque talia, quæ auctoris sui non vulgare ingenium, & in veterum lectione diligentiam testentur. Tertium quod incipit, Μάρκος Βασιλεὺς Ρωμαῖος, ὁ Εὐσέβης Ἐπίκλητος, &c. è Dione, (quem à Suidâ nominari jam diximus) hodieque in Xiphilini Epitomâ salvum & superstes in Marci vitâ, totum sumptū est. Sed hic illud videndum, unde illa initio verba (non à Dione certè) ὁ Εὐσέβης Ἐπίκλητος proprium enim illud Antonini qui Adriano successit, & hunc nostrum adoptavit, cognomen esse, quis nescit? Suidas

## De Marco Aurel.

quidem certe non potuit ignorare; sed nec per errorem memoriæ quod ad MARCUM pertinebat, ad PI-  
U M transferre, qui testimonium hoc è Dione (ubi palam non in Pii, sed Marci vitâ) describere se profi-  
tetur. Crediderim igitur imperi-  
tum aliquem Suidæ lectorem, cum priora illa testimonia ad Marcum pertinere perspexisset, neque Pium à Suidâ præteritum probabile pu-  
taret, hoc tertium & ultimum, ad-  
dito proprio cognomine, vindicare illi voluisse. Quod si est, suam igno-  
rantiam non uno nomine prodidit.  
Ut enim Dionem raceam, quem si consuluisset homo temerarius, va-  
nitatem suæ ariolationis statim de-  
prehendisset; jam antea Suidas in  
A N T O N I N O Z (quæ tamen in po-  
strêmâ Suidæ editione adeò confu-  
sè, Antoninis & Antoniis pluribus ac diversis, sub uno *Antonini* no-  
mine dispositis, sunt edita, ut incau-  
tus

## *Antonino Testimonia.*

tus lector vix animadversurus sit )  
Pii elogium ex eodem Eutropio, ab  
eodem (sive is Capito, seu alias)  
paraphraste, ut ex stylo liquet, in  
Græcam linguam translatum, in  
suam Saturam, sive farraginem, con-  
tulerat. A quibus autem & quâ ra-  
tione PII titulus Antonino nostro  
delatus reperiatur, alibi fusè dispu-  
taturi sumus.

**NICEPHORUS** Eccles.  
Hist. lib. III. cap. 31. fine.

Πλήν γε εἰδέναι ζεῖσθαι, ὡς ὁ Μ. Αὐγούστινος οὗτος καὶ Βιβλίον παιδείας τὴν  
παιδὶ Μάρκῳ συντάπει, πάσους χρονι-  
κῆς ἐμπειρίας καὶ παιδείας μετόν.

*Illiud scire convenit, Marcum Anto-  
ninum filio suo Institutionis Imperialis  
librum à se compositum reliquisse, om-  
nis generis profanorum exemplorum,  
& discipline, (prudentiæ sæcularis  
& eruditionis omnigenæ) plenum.*

**ANTONINUS** ipse de se-  
ipso,

# De Marco Aurel.

ipso, lib. III. cap. 12. pag. 63.

Μηκέτι πλανῶ. οὐ τε γέδ ταῦτα πομένη μα-  
τιστὰ σὺ μέλλεις ἀναγνώσκειν, οὐ τε τούς τοῦ  
ἀρχαίου Ρωμαίου καὶ Ελίνων περιέξεις,  
οὐ τούς ἐκ τῆς συγέραμμάτων ἐκλογαῖς,  
ἀς εἰς τὸ γῆρας σαντῷ ἀπετίθεσσεν  
δε διὸ εἰς τέλον, καὶ τὰς κεράς ἐλπίδες  
ἀφεῖς, σαντῷ Σοίφει εἴπι σοι μέλλει σε-  
αυτῷ, ως ἔχειτι.

AUREL. VICTOR (quem iuniores  
seu posteriorem; vulgatum alii, aut Victorinum  
vulgò nominant, ut ab altero illo  
Victore, quem V. Cl. Andreas Shortus  
diu ignotum, primus in lucem protulit,  
distinguunt) in Epitomâ :

“ MARCUS autē Antoninus impera-  
“ vit annos decem & octo. Iste virtutum  
“ omnium, caelestisque ingenii exstitit, a-  
“ rumisque publicis quasi defensor obje-  
“ Et hoc est. Etenim nisi ad illa tempora natu-  
“ esset, profecto quasi uno lapsu ruisserent om-  
“ nia statua Romani. Quippe ab armis nuf-  
“ quam

# Antonino Testimonia.

“ quam quies erat , perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bel-  
“ la fervobant; terra motus non sine interitus  
“ civitatum, inundationes fluminum, luos  
“ crebra, locustarum species agris infesta,  
“ proflui ut propè nihil, quo summis ango-  
“ ribus actori mortales solent , dici seu co-  
“ gitari queat, quod non illo imperante savi-  
“ erit. Credo divinitus attributum ut dumi  
“ mundi Lex, seu natura aliudve quid ho-  
“ minibus incognitum ea mala gignit, recto-  
“ rum consilii tamquam medicina remo-  
“ dae leniat. Is propinquum suum Luci-  
“ um Annium Verum , ad imperii partem  
“ novo benevolentie genere ascivit. Qui  
“ Verus inter Altinum atque Concordiam  
“ iter faciens iectu sanguinis, quem morbuna  
“ Graciam πάνταν vocant, undecimo imperii  
“ anno extintus est. Carminum maxime  
“ [Tragicorum] studiosus, ingenii asperis  
“ acque lastris. Post cuius obum Mar-  
“ cus Antoninus Rempub. solus tenuit.  
“ A principio vita tranquillissimus, adeo ut  
“ ab infantia [vultum] nec ex gaudio nec  
“ ex mærore mutaverit. Philosophie stu-  
“ dens, literarumque Graciarum peritissi-  
“ mis. Hic permisit viris clarioribus , ut  
“ convivia eodem culta , quo ipse, & mini-  
“ stris

# De Marco Aurel.

“stris similibus exhiberent. Hic cum erario  
“exhausto, largitiones quas militibus impen-  
“deret, non haberet, neque indicere provim-  
“cialibus, aut senatus aliquid vellet: instru-  
“mentum regis cultus, factum in foro Traja-  
“ni sectione, distraxit, vase aurea, pectora  
“crystallina & murrhina, uxorians ac su-  
“am sericam & auream vestem, multa  
“ornamenta gemmarum: ac per dnos con-  
“tinuos menses venditio habita est, multum  
“que auri redactum. Post victoriam ta-  
“men emporibus pretia restituit, qui red-  
“dere comparata voluerunt: molestus nubilis  
“fuit, qui maluit semel empia removere. Hu-  
“ius tempore Cassius tyramidem arripiens,  
“extinctus est. Ipse anno vita quinquage-  
“simo nono apud Vendobonam morbo con-  
“sumptus est. De ejus morte nuntio Ro-  
“mano pervecto, confusa luctu publico ut-  
“ibe, senatus in curia vestre tetricus amictus,  
“lachrymans convenit. Et quod de Romu-  
“lo agre creditum est, omnes pari sensu pra-  
“sumperunt, Marcum cœlo receptum esse.  
“Ob cuius honorem templa, columnæ, mul-  
“tagne alia decreta sunt.

De hoc Victore, quod vulgo sit do-  
ctorum hominum judicium, non igno-  
ro. Mihi tamen perplacet hæc vita; adeò  
quidem

## *Antonino Testimonia.*

quidem, ut non solum integrum hic apponere, sed & notis aliquot illustrare non pigeat.

*Marcus autem Antoninus: ]* scribe, *Marcus Aurel. Antoninus.* Vide notata in Anton. lib. I. cap. 12. pag. 11. Παρόληστος Μαξίμου, &c.

Etenim nisi ad illa tempora natus esset, prefecto] Vide si dubitas, tum alios qui vitam scriplerunt, tam Aristidem in oratione Panegyricâ, qui prouidentiae numinum pulcherrimis verbis acceptum fert, quod talis tali & tam necessario reipublicæ tempore summae rerum prefectus sit. Zonaras etiam in eandem sententiam: Οὐ μέντοι εἶπες τὸν αἰρετὸν εὐδαιμόνησεν. ἐντοῦθεν δὲ μᾶλλον θαυμάσοντες ἀρτις ἀντὸν, ὅτι καὶ ἀλλοκότοις καὶ ἑταῖροις χρησάμενος πράγμασιν, ἀντός τε περιεγένετο, καὶ τὸν αἴρετον διεσώστερο. Hinc illud Amm. Marcellini de funestissimis & turbulentissimis Imperii Rom. temporibus: Eo tempore (inquit) quo etiam si imperium Marcus regeret Antoninus regre sine Collegis similibus, & magna sobrietate con- filiorum lenire luctuosos Reip. poterat casus.

*Lex mundi]* Eleganter & ex intimâ philosophiâ; pro, fatum. Græci pariter νόμον, eodem sensu: ut apud hunc nostrum non semel. Hoc ipsum Seneca, & iisdem ferè verbis; (quæ fortasse tum Victor huic, aut undecunque Victor, in mente) Nat. Quæst. III. c. 29. Origo mundi (explicabimus in Anton. lib. IX. p. 237.) non minus Solem & Lunam, & vices siderum, & animalium ortus, quam quibus mutarentur terrena, (i. e. non minus quibus mut. terrena, quam Solem & Lunam & vices siderum: ut peculiari idiotismo, ne dicam ῥητορίᾳ, Senecam loqui amare pluribus

ribus exemplis, quibus hoc meritò addatur, contra temerarios correctores pridem docuere viri doctissimi) continuit. In his fuit in undatio, que non secus quām hycms, quām est as lege mundi uenit.

*Aliudve quid hominibus incognitum] Lucr. I. V.*

*Visque adeò res humanas vis abdita quedam  
Obterit, & pulchros fasces, &c.*

Quod autem Lucret. vim abditam; alii liberius, inuidiam numinis, & φθόνον τὸν θεόν: quæ malefana opinio mentibus antiquorum, cuiusque generis, cuiuscunque professionis, ita penitus inoleverat, ut etiam viris piis, quibus vera lux affulserat, voces exciderint interdum parum pīx, & dīrexta, restes veteris superstitionis.

*Iētū sanguinis quem morbum Graci ἀπόλλητο  
vocant.] Non parum negotii facessivit hic locus viris doctis, Eliae Vineto, & And. Shotto Jesuītæ: qui frustra adhibitis in consilium medicis, & omnibus tentatis, cùm alias expedire se non posset, ad ultimum illud, ure, seca, confugere coactus, voces illas *Iētū sanguinis* expungi voluit. Sed recte afferuit & explicavit vir summus Cl. Salmasius, harum literarum magnum decus, Commentariis in Hist. Aug. scriptores præclarissimis. Ego miror quid in his verbis (in quorum scripturā cum Victore, Eutropius & Miscellæ Historiæ collector consentiunt) viris doctis adeò vel insolens, vel improprium, aut obscurum denique vīsum sit. Nam *iētus*, si verbi ipsius vis attendatur, non alia certe vox σάντης melius exprimat. Quod tamen si non esset, at ob symptomatum, repentinam apoplexia, aliaque, fulguritos inter (qui vulgo fulmine iēti dicuntur) & apoplectico morbo correptos, affinitatem, non insulsa tamen esset aut absurdā meta phora.*

## *Antonino Testimonia.*

phora. Inde enim, quod unum idemque *antonitorum* utrisque, tam iis qui morbo corripuntur, quam qui fulmine feriuntur, apud Latinos (ut optimus Latinitatis auctor Cornel. Celsus nos docet) commune nomen. Cur *sanguinis* autem quamvis non omnis apoplexia ab impetu sanguinis, *istus* dicatur, sufficit, quod inter generales morbi illius caussas à medicis præstantissimis vis subita sanguinis recensetur. Ut raseam quod πληθος ἵχωρος huic ipsi Lucio fatale fuisse, vetus apud Suidam scriptor; & ejus patrem Lucium Commodum ἐγκαταλόφθιναι (pro quo vitiōse in Xiphilino meo ἐγκαταλόφθιναι) τὸ τῆς αἵματος πολλήτε καὶ ἀδέξια ἐπικεσόντος, Dio in Adriani vita testis est; quod quid aliud est, quam *ictus* seu *impetu sanguinis*?

*Vultum nec ex gaudio]* Ex Capitolino & hoc Victor: nisi verius utrumque, ut alia pleraque, ex aliquo veteri more. Meminit & Greg. Nazianzenus in Jul. Στηλῇ δευτ. his verbis: ὅτι τοσύτοις ἀσφυγότος οὐκ, καὶ τὸ παθόν υψηλότερος χρήτος τὸ πάποτε Καστέλλων ἀπέπτους καὶ αἰκινίτες, καὶ μηδὲ ἂν εἴτε γένοτο τὸ περσάτη τι παρεγγέλλεται, οὐ παθόν ἵχος ὑπομένειται, &c.

*Ut convivia eodem cultu]* Hæc est illa ποιονομοσῶν (fructus certè ejus è pluribus unus) quam à patre suo Pio didicerat Antoninus. Ad eandem & illa Eutropii referenda, hic cum omnibus Romæ aequo jure egit, ad nullam insolentiam elatus est imperii fastigio, &c. que dectissimus, & elegantissimus Eutropii paraphrastes apud Suidam non bene ad Antoninum adhuc privatum refert. Ita tamen ille pluribus exequitur, τόντο γάρ οὐδιώτην βίον εἰς ιστημένη τοῖς πολλοῖς Ρωμαῖοις ἔστω, καὶ τὴν εἰσαγόμενην τὸν γένετος αὐλαῖσθε.

## *De Marco Aurel.*

χέπεταρηλδεροίς ή ιγημονιαν, &c. At qui Antoninus ipse lib. 1. cap. 10. ideam imperii καὶ τοῦ θητα χιονοειαν gubernati inter ea ad quæ fratri exemplum ipsi profuerat, commemorat. Hæc generalis verborum expositio, quam ad Victoris mentem potissimum hic facere ex ordine narrationis persuasum habeo: ad Capitolini vero mentem, ex quo Victor hausit, non item. Peculiaris enim ratio, quæ Antoninum movit, ut id permetteret: quam ad Capitolinum fusè explicat venerandæ mihi memoriae pater Is. Casaubonus.

*Ipse vita anno quinquagesimo nono apud Venetiam]* De annis vitæ Marci & loco mortis, aliter Tertullianus, Dio, Capitolinus, alii, qui nec ipsi in omnibus inter se consentiunt. Eorum rationes hic expendere, longum esset; & minimè necessarium, cum iam ab aliis satis accuratè praestitum sit.

*Marcum cælo receptum esse]* i.e. cœlitibus adscriptum, & Divum, immo Deum factum. Vide Anton. lib. IV. c. 10. & quæ nos ibi.

JUL. C A P I T O L I N U S in vita Marci. Erat enim ipse tanta tranquillitas ut vulnus nunquam mutaverit mœrore, vel gudio, philosophia deditus Stoica, quam per optimos quosdam Magistros acceperat, & undique ipse collegerat.

VULC. GALLICANU S in vitâ Avidii Cassii: Nec defuere qui illum Catilinam vocarent: quum & ipse se ita gauderet appellari, addens futurū se Sergium, fidatio-

## 'Antonino Testimonia.

dialogistam occidisset, et Antoninum hoc nomine significare: qui tantum enituit in philosophiam, ut iuris ad bellum Marcomannicum, clementibus cunctis, ne quid fatale proveniret, rogatus si non adulatio, sed serio, ut precepit a philosophia ederet: nec ille timuit, sed per ordinem paranoicos, hoc est, preceptionum, per triodium disputavit.

I S. CASAUBONUS ad ista Capitolini, *Vix autem matre agens, &c.* Faustina autem filio Marco, non luxuria magistra, sed vita tenuiter ac sobrie instituenda. Nam ait filium doctum se a matre, τὸ λόγον καὶ διάλογον, καὶ πέρρω τὸ πλεοτάχινον αὐτοῦ. Propterea vir ille divinus neq; satis unaquam vel cognitus vel laudatus, alio loco dicit gratias agit, quod cum lege factorum matris ipsius citra mors immineret, postremos saltem annos, una cum ipsa egerit, vel potius illa secundum; sic enim ait, περιγράφειν τὸ μέλλον τὰς τελευτὰς τὰς τέκνων, ὅμοιος διδοὺς μηδέποτε τὰ τελευταῖα εἴπει.

I D E M ibid. ad ista, ridens res humanas, &c. Non ridere, sed rite ac suo pretio estimare res humanas solitus vir hic sapientissimus. Hoc ille nos docet divinitus illis suis libris: velut cum ait in secundo: non enim tempore mihi, quia mellissima gra-

De Marco Aurolo.

dissimi doctoris verba adscribam.

CANTERUS Nov. LoctioN. lib.

VII. c. I. Marcus Anroetus Antoninus, imperator opiniatus, acque idem philosophus etius, ne hoc moruerit proprium dogmam, dodecim confespsit. De officio suis libros maxime pietatis, humanitatis, temperantie, eruditiorie, aliquantum rerum praecolorarum testes plenissimos; & cum quibus multorum philosophiarum operis se pro opera cultura merito foderet posset. Quocirca anno 160. puto, male collocatum teropus parabit, &c.

Cum plures ab hinc annos collectione locorum Antonini qui apud Suidam (non omnium sane, sed qui) Lexionis ejus seu Collectanea pro re natâ veritate se obtulerint, sicut fecundus Antonini Anglieæ editioni præflua est: eandem hie quoque multò magis exhibendam credidi: sed & locos integros ut apud Suidam hodie extant (quod cum factum non est) apponendos, ut ex collatione de fide & bonitate Codicis MS. quem Xylander expressit, & Antoniniani (sicutem à Suidæ usque ex eo) textus integritatę, contra eorum opinionem qui xii. hos libros amplioris & perfectioris operis Excerpta dun-

# Antonino Testimonia.

duntaxat Eclogasque censuerant; Electori constare possit. Hinc quoque haud paucā in Suidā corrupta eorrigere quivis poterit.

Ακενθοτεδόν. παρθένοις οἵτιντες ἔχασθε τὸ ἀκενθοτεδόν καὶ τὸ δεσμητικόν, φοιτ μάρκος ὁ φιλόθεος Βασιλεύς. Απο. I. cap. 3. τετραγωνικόν εἶναι;

Αντροῖον. οὐκ οὐκέτι μάρκος αὐτοῦ τούτους σύζυγούς,  
καὶ τριχίλια ἔτη βιώσας μέλλει καὶ τοῦτον τοὺς  
μύετας ὄφεσιν γένεσθαι ὅτε καλεῖται ἀλλοι πατρικῆται.  
Οἴον ἡ σύντονη οὐτοῦ. οὐδὲν τοῦτον οὐδὲν πατερόλη. εἰς  
κεῖται. τί γὰρ πάντη, τὰς ἔξιν ἔχων τοιαύτην; εἰ δια  
γοργὸς ἐν, ταύτην θερόπευσσον.

14. Εἰ μὴ καθίκει, μὴ πολέμησεν εἰ μὴ αὐληθές ἐστι,  
μὴ ἔστησεν. ἡ γὰρ δρμή σφεσσών τὸ πᾶν αὐτὸν δραῦν· τί ἐστιν  
αὐτὸν ἔκεπτο τὸ δὲ φαντασίαν σοι ποιεῖν, καὶ ἀναστήσειν  
διαλεγόντα, εἰς τὸ δοτιον, εἰς τὸ ὑλικόν, εἰς δὲ αναφο-  
ρεῖν, εἰς δὲ χρέον, εἰπίλος δὲ πεπαῦμεν αὐτὸν δείπον. αἴστις  
ποιεῖ, ὅτι κρεπτίον τι καὶ δαμονιώτερον ἔχεις ἐν σταυ-  
ρῷ, δὲ τὰ πάθη ποιεύντα, καὶ καθάπτας δὲ πευροπατέρη-  
ται σε· τί μις νῦν ἐστὸν οὐδὲν; μὴ φοβεῖθε; μὴ ψα-  
γία; μὴ δηποθυμία; μὴ ἄλλο τι τοιότο;

15. Πρῶτον, τὸ μὴ εἰπῆ, μὴ δὲ ἀντι αὐαφορέσ. Λεύτερον, τὸ μὴ ἐπ' ἄλλο τι, ή δὲ τὸ κοινωνικὸν τέ-  
λοθε δὲ αναγωγὴν ποιεῖαν.

16. Οτι μετ' ἐπολὺ, ἐδεῖσις ἐδαμεῖς ἐστη, ἐδὲ τέλον  
τι ἀνῦ βλέπεις, ὁδε τέτων τὶς τὸν βίενταν  
ἀπαντία γὰρ μείανταλλειν καὶ τρέπεινται καὶ φθείρεινται.  
θέφυκεν, ἵνα ἔτερος ἐφεξῆς γίνηται.

17. Οτι πάντα οὐ ωσόλητοι· καὶ αὐτὴν δὲ οὐδείς. ἀργε  
ῖν δὲ δέλεις τὸν ωσόλητον, καὶ ὁστερεός κάμισαντε  
τὸν ἄκρεν, γαλίνην, σανδερά πάντα, καὶ κόλπο-  
ἄκυμαν.

18. Μία καὶ πτοσῶν ἐνέργεια κατὰ κυρδὸν πα-  
σαμέπι, ἐδὲν κακὸν πάρχει, παθὸν πέπαυται. ἐδὲ ὁ  
πρᾶξας τὸν πρᾶξιν ταντὸν, κατ' αὐτὸν τύτο, καν-

est, eo nomine quod agere definit. Parte ratione nec systema seu corpus omnium in universitate actionum, quod est vita, si suo tempore definat, quicquam mali patitur: neque is qui opportunè finem facit seriei isti actionum, mala animo fecit. Tempus vero debitum, & terminata natura constitutus: aliquando privata, ut in senectute: omnino autem universalis natura. Cujus quidem partibus mutatis, semper recens & vigens trahendus perduatur. Semper vero id paleksimiliter & competitius, quod concordie universo. Ratus itaque vita, singulis mala quidem esse non potest, quippe cum non sit turpis: quippe nec voluntate est nostra dependens, & à societate non aliena. Bona autem sit: cum & opportune sit: responsum universi, & profit, & divinitatis aeternae.

19. Tria haec in promptu habe. Primum, ne ne quid frustra, si quid agis ipse scilicet, aut secus quam ipsa justitia egisset: in rebus autem extrinsecus accidentibus, est fortuna nostra, aut providentia obligans: quasum neutra est incusanda. Secundum, quale unumquodlibet à privatione fuerit usque dum animant accedit; indeque, donec eam reddidit sive quibus causis nos sic, & in qua dissoluerit. Tertium, ut velut in altum procul à terra subiectus, humanas res despicias, earumque multiplicem varietatem: simul cogites, quam multa cetera ira est in ardore habita: et deinceps te rufum, quoscum sublimis amollenis: ut sint omnia unius speciei, & brevi tempore datent.

οὐ πέπαυται, κακός τι πάπαυται. ἀμοίσιος ἐν τῷ εἰπεῖν  
πασῶν. Φαντάζεται αὐτομα, ὅτερ ἔτιδιος ὁ βίθιος, ἐὰν  
ἐπι καμῷ πάνωποιται, οὐδὲν κακὸν πάρχει κατ' ἀντὶ<sup>τ</sup>  
τέτο, καντ' οὐ πέπαυται. οὐδὲ οὐ καταπαύσας ἐν καμῷ  
τοῦ σίγμαντέτοι, κακός. διαλέγει. Φαντάζει, καὶ τὸν  
ἀριθμὸν μηδενικόντο, πάλι μὲν καὶ οὐδέποτε οἴτης  
γῆγε πάντας γένεται, τοῦτο μὲν μερῶν μελαβαλλεῖται,  
παρεργὸς δεῖ καὶ αἰματός οὐ σύμπας κόσμοις φυαιδίσει.  
κατέπιεν τοῖς πάντας καὶ πέριτον, πάσιμον οὐ παλέι μὲν, διτιός  
αἰρεσθαι. Κατέφερε καὶ πάρεσται, καὶ ἐκ αἰκονώντοι. αὐτοῦ  
θέλειν τοῦτο τῷ ἀληθείαν, καὶ συμφέρειν, καὶ συμφέρε-  
ιμον. Στοις γένεται καὶ περιβεβλέπει οὐ περιβεβλέπει οὐ περι-  
ταύλα. Θεῶν, καὶ ἐπὶ ταῦλα τῇ γκάρι φερόμενοι.

19. Τρία ταῦτα δεῖ σφέρχειν καὶ ἔχειν, διτιός οὐ  
συμπίειν οὐ μήτε σείκη, μήτε σάλας η ἀστὴν η μίκηντι  
αἰνέονταις. Λέπεται τοῦ ἔξαρτες συμβαλλόται, διτιός ιταί  
κατ' ὅπερι χίαν, οὐ κατὰ σφένοις. Οὐτούτη τῇ σοτίνη χίᾳ  
μεμπάτειν, οὐτε τῇ σφυροίᾳ ἐγκλητοί. Μεύτερον, τὸ  
ἔποντα οὐκούτον οὐτὸς επείρκατο, μέχρει τυχόσεως,  
πατέ οὐτὸς τυχόσεως, μέχρει τὸ τούτο τυχόντο  
ἀποδέγγαι. καὶ εἰσὶν οὐ σύμμετοι, καὶ εἰσὶν οὐταὶ λίγοι.  
Ζεύτας οὐτούτοις μετέπειτο οὐδεποτέτι πατασκήματα  
αἰδηρόπετα, καὶ τὸν παριγρεπτὸν οὐτον καταποίονται  
σωματικά, καὶ διτιός τὸ σφυρίκην, σπαστόν, καὶ επ-

durent. Hisne superbimus?

20. Ejice opinionem, & salvus es, nemo id prohibebit.

21. Rem aliquam molestè ferens, oblitus es omnia fieri secundum universi naturam, & quod peccatum sit alienum: præterea omnia ita ut nunc fiunt, semper facta esse, & futura, nuncque fieri ubique: item quæ homini fit cum universo genere hominum conjunctio: non ea siquidem sanguinis aut semenis, sed mentis communicatio. Oblitus es etiam mentem uniuscujusque esse Deum, & inde fluxisse: nihil cuiquam proprium esse, sed illinc & filios, & corpusculum & ipsam animulam venisse. Oblitus es omnia versari in opinione; & quod id tantum quod præsens est, unusquisque vivit, & amittit.

22. Crebrò apud animum tuum recole eos qui certis de causis majorem in modum sunt indignati; qui maximis honoribus, calamitatibus, inimicitiis, aliâve quacunque fortuna præter alios nobilitati sunt: deinde quære, ubi nunc ista: nempe fumus, & cinis, & sermo, aut ne hoc ipsum quidem. Simul ad mentem tibi accidat, quicquid hujus est generis, ut Fabius Catulinus rure; Lucius Lopus, & Stertinus Baüs; Tiberius Capreis, & Velius Rufus. Et universim si quæ sunt alia in re quacunque prosequendâ potiundâve, quasi quæ tanti fuerit, animi contentioris exempla. Item quam per se vile sit & pusillum, quodcumque tanto fastu studiöve geritur. Et quanto magis si

philo-

επιθετικόν. καὶ δτι διάκονος ἀνέβαθμος, ταῦτα τὰ διάκονος, τὸ ὅλην χρόνιον. διπλή τε τοῖς, ὅτι τύφος.

20. Βάλε ἔξω τὸ πατέρινον, σέσωσαι. τίς τοῦ οὐρανοῦ ἐκβάλλει;

21. Οἶτε μυστροῦς ἀπό την, θητεών τε, δτι πάντα καὶ τὸ δλανι φύσιν γίνεται. καὶ τό, δτι τὸ αἰματοπλάκανον, ἀλλόπειρον. καὶ δπλή τοῖς τοῖς, δτι πάντα τὸ γυνέριθρον, εἴτες αὐτοὶ ἐγίνετο, καὶ γυνήσεται, καὶ τῶν πατέρων χρήσεται. τό, δτι τὸ συγκέντρων αὐτῷ πάντα τὸ αἰθρώπειον γένεται. καὶ αἷματος οὐ παραγίνεται, ἀλλὰ νῦν κοινωνία. ἐπειδή τοῦτο, δτι τὸ ἄκατον τῆς θεοῦ, καὶ ἐκεῖνον ἐρρύπηκε. τό, δτι εἰδένει οὐδενός· ἀλλα τοῦτο τέκνον, καὶ τὸ σωματον, τοῦτο δὲ τὸ φυχιδεῖον, ἐκεῖνον ἐκτίναζεν. τό, δτι πάντα πατέρινον. τό, δτι τὸ πατέρινον ἔκαστος οὐ, καὶ τοῦτο αποβαλλεῖ.

22. Σωτήχως αἰσθητοῦν, τὰς διπλήν λίναν ἀγανάκτησαντας· τές εἰ μεγίστας δέδηταις, οὐ δυμητρίους, οὐ ἔχθρας, οὐ ὄπωμαστην τύχαις αἰκιάσαντας. Εἴτα ἐρισάντες, πέντε πάντα ἐκέρα. παπύδες, καὶ αποδότες, καὶ μῆτρες, οὐδὲ μάντες. οὐρανούστητον δὲ καὶ τὸ τοικτό πάντα, στοὺς, Φάσις Καίκλης δι' ἄρχοντος, καὶ Λέσβης Λέστος, καὶ Σιλεστίνης δι' Βαλαστρού Τιβέσσελος καὶ Καπρίας, καὶ Μήλης Ρέρης. καὶ δλανις διεργάτης ὁ οὐρανούς σταροφόρος καὶ αἱ διπλές πάντα τὸ καλύπτομενον· καὶ οὗτοι φιλοτερότεροι τοῦτο τὸ μαντόν.

philosophiz consentaneum, in data materia eueri justitiam, modestiam, ac simpliciter Diis obsequi. Fastus enim qui superbiz vacuitatem ostendendo exercetur, omnium est gravissimus.

23. Qui querit, Qui Deos sic colas, quomodo eos videris, aut esse deprehenderis; ei respondebis, primum esse eos visibiles: deinde absque hoc sit, tamen animam meam cum non videam, nihilominus magnifico: ita Deos quoque ex viribus eorum quas identidem percipio, cum esse intelligo, tum veneror.

24. In eo sita est vita salus, ut singulas res totas intuearis, quid in iis forma sit, quid materiæ. Toto animo des operam, ut justa agas & vera dicas. Quid enim supereft, quam ut fruaris vita boni operibus bona opera annetendo, ita ut ne minimum quidem spatium intermitas?

25. Vnum est lumen solis, etiam si inercipiatur parietibus, muris, aliisque innumeris rebus. Vna est communis substantia, et si certo modo affectis corporibus infinitis distincta. Vna anima, et si naturis innumeris, propriisque circumscriptiōibus distributa videatur. Vna etiam mens, et si discreta videatur. Ex his porto, quæ commemoravimus, alia, ut spiritus & subjecta, sensus expertia, nullâ naturæ conformatio[n]e sociabilia sunt: quanquam & in illis est quod uniendi vim habeat, & ad congenera vergere faciat. Ac peculiariter intellectus sic comparatus est, ut ejusdem generis adjungat se naturis, neque à societatis appetitione

ῦλοις ἔσυλοι δίκαιοις, σώφρεναις, θεοῖς ἐπόμενοις αὐτοῖς παρέχεται. ὁ γὰρ ωτὸς ἀτυφία τύφῳ τυφέμενος πάρτων χαλεπάται.

23. Πρὸς τὰς ἀπζηλεῖσας, πᾶς γαρ ίδων τὰς θεὰς, οὐ πάντεν καίτεληρός θτι εἰσὶν, εἴτε σέβεται· φρεστον μὲν καὶ ὄψεις ὅρθιοις εἰσὶν. ἔπειτα μάντοις εἰδὼν τὴν θυχὴν τὴν ἐμαυτῆς ἔάρακα, καὶ ὅμοις τιμᾶ. εἴτες εὐχαριστεῖσας, εἴξων τὴν διωγμέως αὐτῶν ἐκάστοτε πεπρώματα; εἴ τέταν θτι τέ εἰσι καταλαμβάνων, καὶ αἰδεῖμαι·

24. Σωτηρία βίοις, ἔκεισνον δι' ὄλεαντὸν τὸ ἔστι δρόφην. τὰ μὲν αὐτὰ τὸ ὑλικόν. τί δαὶ τὸ αἴτιον; Εξ ὄλης τῆς θυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ τάλισμα λέγειν. τί λοιπὸν, οὐ πατολάμενον τὴν ζῆν, συμπάτοια ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ αγαθόν, ὃς μηδὲ τὸ βραχύτατον δίδυμα ἀπολέπειν.

25. Εγ φαῖς οὐλίς καὶ διόρυγοις τοῖχοις, ὄρεσιν, ἄλλοις μυεῖσις. μία ἵστα καὶ νῦν, καὶ διόρυγοις ίδιας ποιοῖς σάραστι μυεῖσις. μία θυχὴ, καὶ γε φύσεις διείγηται μυεῖσις, καὶ ἴδιαις πειραφαῖς. μία τορφαῖς θυχὴ, καὶ διακεκείας δοκή. τὰ μὲν ταῦτα μέρη τῶν εἰρηνικῶν, οἵ τοι διάματα καὶ ιστοκείμενα, αὔραιαντα καὶ ἀραικείαντα ἄλληλοις, καίτοι κακεῖται τὸν τοῦ σινέχη, καὶ τὸ θεσπία αὐτὰ σεῖσθαι. διάροια τοῦ ιδίους δὲ τὸ πρόφυλον γίνεται, καὶ σινίσται, καὶ εἰ διέργειται τὸ καπνικόν πάθος.

26. Quid quæris? ut diu vivas? At ergo sentire, appetere, crescere, confabulari, cogitare? Quid horum desideratu dignum est? Quod si vilia sunt omnia hæc; ad extremum te confer, nempe ut sequaris rationem & Deum ducem. At qui gravari & iniquè ferre, quod per mortem istis cariturus es, rationis & Dei cultui repugnat.

27. Quantula pars immensi, infiniti ævi attributa est unicuique? celeriter ea in æternoitatem evanescit. Quantula verò pars substantiæ universi? Quantula animæ Vniversi? quantula denique in glebula terræ repis? Hæc omnia tecum cogitans, nihil animo magnum concipe, nisi hoc tantum, ut quicquid ages, ductu naturæ agas; & feras quæcunque communis fert natura. Quomodo mens tua scipsa utitur? in hoc enim sunt omnia. Cætera omnia intra tuæ voluntatis arbitrium sunt posita: quod si extra voluntatis arbitrium; sumus, & sumus.

28. Id maximè ad contemptum mortis facit, quod hic etiam, qui dolorem in malis, & voluptatem in bonis duxerunt, tamen eam despicerunt. Qui id tantum boni nomine dignatur, quod Vniverso est opportunitas, ac cui perinde est plurime zu pauciores pro vitæ spatio secundâm reellâ rationem præstiterit aetios, neque in aliquo ponit discrimine, longiorē an breviori tempore res mundi spectet, ei mors nequaquam est terrori. Heus tu, civis fuisti in hac magna urbe, quid artinet, verum quiaques nō? Eodem quod secundum leges

26. Τί ἀπέζητε; τὸ μιαρύγεδων; αὐλὰ τὸ  
εἰδώλειόν τὸ στροφόν; τὸ αὐξεδων; τὸ λίγυρον, αἴσθητο;  
τὸ φωνῆ χρῆστον; τὸ μακροπόδων; τὸ πάντα πέδε  
σοι αἴσθιον δοκεῖ; εἰ δὲ ἔκαστα ἐυκαταφεύγοιται, περίσσοτε;  
ὅτι τελευταῖς, τὸ ἐπεδεινόν λόγων καὶ τῷ θεῷ. αὐλὰ  
μάχεσθαι τῷ τυμῷ πεντε, τὸ μέχθεδων, εἰ δὲ τὸ  
τεθρηνόντα σερήνεσθαι τοις μυτῶν.

27. Πόσου μέρος τὸ ἀπέρι καὶ αὐχαντὸς διάνοιαν  
ἀπομιμέειται ἄλλος φύσις; τάχιστα γὰρ ἐναφανίζεται τῷ  
αὐδίῳ. πόσου δὲ τὸ ὄλης ρόσιας; πόσου δὲ τὸ ὄλης λύχης;  
ἐν πόσῳ δὲ βαλανείῳ τὸ ὄλης γῆς ἕρπετος; πάντα ταῦ-  
τα ἐνθυμήσαμεν, μηδὲν μέγα φαντάζοντες, οὐ τὸ ὡς μὲν  
εἰς φύσις ἀγει, ποιεῖν πάρχειν δέ, ὡς δὲ κοινὴ φύσις  
φέρει. Πλάστις ἔσαυτοῦ χρῆστας τὸ πήγεμονικόν. ἐν γὰρ  
τέττῳ τὸ πᾶν εἶται. τὰ δὲ λαπά, εἰ περαιτέρα εἶται,  
ἢ ἀπεραίσθια, γεκρά καὶ καπνός.

28. Πρὸς Θανάτον καταφεύγοντον ἐγερτικάτατον,  
τι καὶ οἱ δὲ ήδονὴν αἰγαδὸν καὶ τὸ πόνον κακὸν κείνοντες,  
ὅμως τέττα κατεφεύγοντο. φήσει τὸ μέχεδον μόνον αἴγα-  
θὸν καὶ τὸ πλείστη κατὰ λόγον ὅρθιδη περιέχεις ἀπο-  
δύναται, τῷ δὲ ὄλγυσθέρας, ἐν ἵσφι εἶται καὶ δὲ τὸ κεδρον  
θεωρῆσαι πλέοντι δὲ ἐλάσσονι χρόνῳ καὶ μιαρέρετο. τέττῳ  
δὲ δὲ θάνατον φοβερόν, ἀνθεωπε, ἐπολιτεύσατο ἐν τῷ  
μεγάλῃ ταύτῃ πόλει τί σὺ μιαρέρετο εἰς τέντες;

Τὸ γὰρ κατὰ τὸν τόμον, θούσαν ἄκατον. τί δὲ μετὸν εἰς

leges, id omnibus est æquum. Quid ergo grave accidit, si te urbe emittit non tyrannus aliquis aut injustus judex, sed natura quæ te introduxit? perinde ac si prætor histrionem dimittat è theatro, in quod cum introduxerit. At, inquis, non quinque, sed tres modò actus recitavi. Rectè dicis. In vita siquidem tres actus fabulam implent: finem enim is determinat, qui & concretionis olim fuit, & nunc est dissolutionis autor. Tu neutrius es causa. Discede igitur æquo animo: nam & is qui te dimittit, propitius tibi est.

*Finis.*

---

ἡ πόλεως ἀποπέμπει σὲ τύρανθ, ἵδη δικαιοτής  
ἀδικθ, ἀλλ' οὐ φύσις οὐ εἰσαγγεγόσα; οἶσαν εἰς κακοφ-  
ύλον λαταρύων τὸ σκλητὸς ὄφελος γραπτούσαν ἀλλ' ἐκ  
εἴκον τὰ πάντα μέρη, ἀλλὰ τὰ πρία. καλῶς εἶπας.  
Ἐν μέσοις τῷ βίῳ τὰ πρία, ὅλου τὸ μρεῖμα ἔστι. τὸ γαρ  
τέλοντ, ἐκεῖνθ δεῖξαι, οὐ τότε μὲν τὸ συγχείσθων  
τῶν οὐ τὸ μιαλύσθων αἴτιθ. εὐ δὲ ἀναίτιθ  
ἀμφοτέρων. Μάρκυς οὐ λέετο. καὶ γαρ οἱ ἀπολύτων  
ἴλεος.

Τέλος.

---



---

the first time in the history of  
the world that the people of  
one country have been compelled  
to give up their language and  
religion, and to adopt another.  
The English language has been  
imposed upon us, and we have  
been compelled to give up our  
language and religion.

23



MERICI CASAVEONI IS. F.  
IN  
M A R C I A N T O N I N I  
De scipio & ad scipium Libros,  
N O T A E.

*Note in Lib. primum.*

**M**A'gno A'gno A'gno tōv eis ēauſtōv] Philoſophi titulum, quem Marco nostro pleriq; veteres, Christiani Gentilesque, non ut proprium cognomen, sed ut meritum virtutis elogium tribuunt, quod hic omiserimus, cùm Xylader, nescunq; addendum crediderit, non in Manuscripto tamen invenisse se codice ingenuè proſteatur, non est quodd factum pluribus excusamus. Si quis tamen hoc non contentus, alias omitendi eaſtas requirat, adeat b. m. parentis in Jul. Capitolini Notas, & Emendationes, initio vite Marci: quibus nos quod addamus non habemus. Quæ autem vis sit & fententia horum verborum, tōv eis ēauſtōv, quodd recte intellecta, cetera laſtraturis, ex alto ſuspensæ lampadis, aut perlatæ facili inſtituere poſſunt, utcunq; brevioreſ

viores in ceteris, diligenter expendemus. Certè quām parum diligenter incomparabile hoc scriptum hactenus à plerisque versatum sit, vel inde constare possit, quod plerique, etiam doctissimi, in ipso titulo, tanquam limine, malo omnino, soleant impingere. Quotus enim quisque est, qui cūm aliquid ex his libris promunt, Antoninum *De Vitâ suâ* non laudant? Certè, Marcus Antoninus, maximorum virorum, ex ipsis etiam Imperatoribus non unius exemplo, *De Vitâ suâ* commentarios reliquissim, sunt qui afferant, & Alium Spartianum, aut Lampridium testes appellant. Ego ingenuè profiteor, neque in Spartanio, neque in Lampridio, (quos tamen non oscitant legi) tale quid, sed neç in alio quoquam veteri scriptore, de Marco nostro meminisse. Sed demus scripsisse; quid tum? An idē, tā eis iauoy, *De Vitâ suâ*? An hic quicquam Marcus Antoninus (pauca excipio, quæ obiter & aliud agens libro primo) vel de vitâ suâ, dum privatus adhuc, vel de rebus à se gestis, postquam Imperator? An quisquam unquam fuit, qui præcepta philosophix, & secum colloquia (postea soliloquia dixerat) ad mentis animique cultum spectantia, *De Vitâ suâ*, (præsertim qui maximus Imperator esset) inscriberet? Scripserat Cæsar Augustus *De vitâ suâ* libros XIII. Hodiē non extant hi libri; sed tamen hodièque supersunt fragmenta quādam, quæ cujus argumenti fuerint, si titulus non docet, indicare queant. Nos per res à se publicè priuacimq; gestas iis libris sumimus Imperator complexus erat. Unde & illa tituli, *De Vitâ suâ*, apud Suidam Graeca metaphrasis, tā idiu sibi x̄ τὸν οὐρανόν. Septimii quoq; Severi

Severi De *Vita suā* Commentarij olim extabant; de quibus Ael. Spartanus in ejus *Vita* meminit his verbis: *Vitam suam privatam publicamque ipse composuit ad fidem*: Aurelius autem Victor Spartanum ita expressit: *Abs se texta* ( malunt ibi viri docti, gesta, legi ) *ornatu ac fide paribus composuit*. Melius igitur illi multò, qui τὰ εἰς ἑαυτὸν τὸ ιδίου ζῆν διαγράψει, ut vetus apud Suidam scriptor, aut ipse potius Suidas; vel *De officio suo*, ut doctissimus Cæterus exponunt. Ad institutum *vite*, fateor, & doctrinam de Officiis referri possunt pleraque quæ hic tractantur, & scopus hic in istis libris quin Antoniso nostro præcipuis fu- erit non abnuo. Sed nec ista tamen, ut quæ vita vocis ἐμφαλικούλατης & præcipui momenti non satis exprimant, mihi satisfaciunt. Ut enim qui τὸ θύ, ἀνθλός & κατ' ἔξοχην; vel τὸ θύτα, (ut Plato non uno loco) dicit, *Deum* quidem intelligit; nec tamen interpres admittendus, qui *Deum* Latinè reddat; cùm quod ista *Dei* periphrasi sa- pientissimè innuitur, eum *vite* fontem esse, in quo sunt, vigeant & moveantur (*Act. 17.28*) omnia; imò verò, quod alioris adhuc est sapientia, so- lum illum verè esse & existere; cætera præter illum, quæcunq; fluxæ sunt naturæ & mutatio- nibus obnoxiae, verè ea ( quod tum alii pulchre probant Philosophi, tum Plutarchus inter alios eximiè, peculiari de Delphico ē tractatu ) non esse, aut vivere; id totum simplici & vulgari *Dei* nuncupatione deperdatur: Ita hic, qui, τὰ εἰς ἑαυ- τὸν, *De officio vite*, aut, *instituto* vertat, rem quæcum- dem dicat ipsam, si sola libri materia queritur; à titulis tamen ipsius proprietate, & præstantiâ lon- gè abest, quo, præter argumenti indicium, omni- um

um ritus quam latè patent officiorum; omnis ci-  
vilis & moralis philosophia fons & origo, non  
pe. Sui ipsius cognitio, excellenter aperitur, Hinc  
Delphicum illud ratus celebritatis oraculum, Tra  
dumaulors; de quo tam multa apud veteres Gen-  
tiles, aliosque: quæ pertinet & illorum philosopho-  
rum subtilissima disputatio, qui virtutes omnes;  
justiciam puta, fortitudinem, alias, ad ipsam pro-  
prie*m*ontis animique eukam revocabant; quo-  
rum sententiam Greg. Thaumaturgus, ac Théo-  
logus, ita & Philosophus eximus, Oratione in  
laudem Origenis, ipso dignâ, pluribus explicat.  
Sed ex innumeris illis quæ apud veteres Græcos  
Latinosque scriptores passim occurruerat Delphici  
iusti praecepti interpretationibus, binae hic, Cicero-  
tonis ambas, utcunque prolixiores, alteram cer-  
te, quod cum titulum, de quo nunc querimus,  
apprimè illustrare, tum librorum omnium scopum  
matre: iamque nervosè pariter & luculentior expa-  
nunt, asponere visum est. Ita igitur Cicero, Tu-  
fond. Quæst. lib. I. Est illud quidem vel maximum,  
quod ipso animum videlicet. Et numerum banc habet  
nam praecepit Apollonius, quo monet ut se quisque  
noscat. Non enim, credo, id præcipit, ut membra na-  
tra aut statuam, figuram noscamus: neque nos  
corpore sumus: neque ego tibi dicens hoc, corporis cu[m]  
dico. Cùm igitur, amst te, dicit, hoc dicit, nosce ani-  
mum tuum; nam corpus quidem quasi vas est, aut  
inquit animi receptaculum; ab animo quoquinquid  
natur, id agitur a te. Hunc igitur posse, nisi di-  
vidatur effet, non effet hoc exterioris cuiusdam animi  
præcepit, sic utrilibet. Deo sit: hoc est, sūp[er]posse  
posse cognoscere. Adon de Logib[us] lib. I. Hec enim  
philosophia, scilicet: 1. nra. nos cum generas res  
omnes,

emnes, cum quod est difficultissimum docuit, ac nosmet-  
ipsoſ nosceremus; cuius præcepti tanta vis, tanta  
ſententia eſt, ut ea non homini cuiquam, ſed Delphico  
Deo tribueretur. Nam qui ſe ipſe norit, priuium ali-  
quid ſentiet ſe habere ditinum, ingeniumque (geni-  
um, fortasse: ſed fortaliter tantum, dicit adi, ſi pla-  
cet, Anton. lib. III. c. 4. p. 51. & que nos ibi)  
in ſe ſuum ſicut ſimulachrum aliquod dedicatum qua-  
tabit, tanquam in nuncere deorum ſemper dignum ali-  
quid & faciet & ſentiet. & cum ſe ipſe perſpererit,  
totumque tentari, intelliget quemadmodum à natura  
ſiborardus in vilam venit, quaueque instrumen-  
ta habeat ad obliuendam adipiſcendamque ſapien-  
tiam: quoniam principiū rerum omnium quasi adum-  
bratas intelligentias animo ac mente conceperit, qui-  
bius illuſtratis ſapientia duce bonum vitum (ſcribo,  
verum. Vide Antonin. l. V. e. 10. O' noīd. tis d' eſtr  
ra rōis π. &c. Item Platonem; tum alibi; tum VI.  
de Repub. toto;) & ob eam ipſam cauſam certac  
ſe beatum fore. Nam cum animus cognitione perceperitq;  
virtutibus à corporis obſequio indulgentiaque diſcoſ-  
ſerit, voluptateque ſicut labem aliquam deoris  
opprefſerit, omninique mortis dolorisque timorem ef-  
ſugere; ſocordiaque charitate cœrit cum ſuis,  
omnisque ratione coniunctis ſicut dixerit, columque  
deorum & patrum religionem ſuſcepereit, & exacerbe  
illam; ut oculorum ſic ingeni aciem ad bona diligenda  
& refiſcentia contraria, qua vires ea providendo  
eft appetitata prudentia; quid eo dico aut cogitari  
poterit beatus? Idemque cum calum, terras, maris,  
omniumque rerum naturam perſpererit; eaq; unde  
generata, qd recurrent, (aliis, redituras;) quando,  
quo modo obitura; quid in iis mortale & caducum,  
quid divitium aeternumque ſe viderit, ipſumque ea  
mode-

moderantem & regentem p̄nè prehenderit, seque non unis circumdatum m̄enib⁹ popularē alicujus definiti loci, sed civem totius mundi, quasi m̄ini⁹ urbis agnoverit: in hac ille magnificētia rerum, atque in hoc conspectu & cognitione naturae, dñi immortales, quām ipse se nosceret, quod Apollo pracepit Pythius! quām contemnet! quām despiciet! quām pro nihilo putabit ea, que vulgo dicuntur amplissima! Hactenus Cicero, cuius verbis nihil opportunius ad Antoninīmentem scopumque fieri posse, qui cum curā legent, & lecti contendere non gravabuntur, agnoscent. Quod igitur Xylander ipse olim (rationem non assequetus; unde est quod postea rejicit) recte: quod ἐμακαρίτης parens meus, (cuius judicij magna apud me filium, jure meritoque ut filium; sed non minor, hic quidem certe, si non filium, esset auctoritas) non uno loco præfert, *Dc seipso*: id ego omni alii interpretationi simpliciter anteponendum duxi. Sed ne sic quidem pleacat facis reddi crediderim, quod Græca verba continent, aut continere certe possunt. Refert Diogenes Laertius Antisthenem olim interrogatum, τι δύναται ἀπολογεῖσθαι φιλοσόφias, quem portissimum ex Philosophiæ studio fructum percepisset, respondisse, τὸ δύναται εἰπεῖν οὐδελαίτης, quæ apud eundem in Pyrrhone; soliloquum Latinè dicas. Hinc illud Ciceronis Tuscul. V. Demosthenis Oratoris factum nescio quod improbantis; *Aproposito secum*; quibus verbis hominem notat, qui plus operæ poliendo sermoni, quām moribus excolendis posuerit? Solonis scriptum, sic εἰπεῖν θεοθήκας, inscriptum, memorat Diogenes Laertius

tius in ejus vitâ : Hermetis autem, vetustissimi illius & genuini, qui Τερπητής ob admiracionem sapientiae dictus est ; τοῦτον idiorum, beatus Cyrillus libro 2. contra Julianum. Quare cum tanta sic εαυτού, tam, ad se ipsum, quam de se ipso, verti posset, & in utroque multum ponderis inedit, utrumque non male conjungi posse, imo vero debere existimavi. Hæc igitur ratio nostræ, *De seipso & ad seipsum*, versionis. Porro per τελεῖ, philosophos, Platonicos, Stoicosque, animam seu mentem cuiusque intellexisse, nemo opinor, ut allatum modò Ciceronis ex Tuscul. Quæst. locum omittam ) ignorat, qui non in ipsorum libris hospes planè præsentim cum Aristoteles etiam subscríbat, & rationem in Ethicis non uno loco reddat. Hinc illa gravissima quæstio, an Homo sit quiddam ex corpore & anima compositum ; nobiliore illâ quidem compositi parte, sed parte tamen : an vero essentia ejus tota, καὶ τὸ τῆς ἐνεστι, sit in animâ solâ, quæ corpore utatur ut organo sibi circundato. Platonice & Stoicæ Philosophie hoc immotum fundamentum, cuicetera pleraque superstructa sunt, hominem καλὰ τὴν φυχὴν ἔσκεδει. Simplicius in Epicterum, Παιδεύει δὲ τὸν ἀνθρώπον ὡς καλὰ φυχὴν λογικὴν ἔσιωμένον, τῷ σώματι χράμενον ὡς ὄπογανθ. Doctrina ejus, inquit, hoc presupponit, hominis essentiam in sola ejus anima consistere, quæ corpore utatur ut organo. Miras tenebras offundit Latinus interpres, vir alioqui doctissimus, dura veritatem, *Omnis autem doctrina hæc naturæ humanae fundamento innititur, quæ postea sit in ratione & mente, quaque corpore ita ut artifex instrun. ento qnopiaam utatur.* Vide Antoninum, lib. VIII. c. 35. & decimi

cimi libri, sectione ultima: Plutarchum etiam contra Colotem, præstantissimæ editionis in octavo, pag. 2051. Plenior hujus tituli explicatio ex diversis Antonini locis peti potest: iis præcipue (quæ non pauca) quibus vox è autore, non fise peculiari è egyptio, aut Ægypti usurpatur. Memini V. Cl. Tho. Gathakerum in nupero illo meo (de quo in præfatione ad Lectorem diximus) cum ipso colloquio, quod ego vel nos legeram, vel certè legere non memineram, monuisse me, virum doctissimum Lyl. Gyraldum alicubi in historiæ Poetarum alio titulo hos Antonini libros citare; τῶν καθ' αὐτὸν scilicet: qui quoque titulus ex ipso Antonino commodè potest exponi. Sed cum priorem illum fide Manuscripti Xylandrini freti pro vero & genuino tueamur, cur de isto laboremus non est. At aliud tamen est, quod in Gyraldi verbis observandum nobis est. Ait enim vir doctus, *Eius certe librum Gracè scriptum legi, cuius titulus, Mdgus Artavivus ex τῶν καθ' αὐτὸν; ex quo variam & multiplicem illius sapientiam facile colligere possumus. Quid illud ex, sibi velle dicemus? Hos libros prolixioris operis, (sive alterius cùjuspiam posterioris, sive Antonini ipsius, aliis suis negotiis hanc ratione consulentis opera) Excerpta, vel Epitomen esse? An petius, non hos ipsis quos hic exhibemus libros; (unde fortasse, quod illorum numerus qui in hac nostra ἐπιγραφῇ, cuius etiam Suidas meminit, ab ipso filetur) sed quædam ex eis Excerpta à Gyraldo lecta esse? Id ed verisimilius mihi fit, quod ante mensem unum aut alterum quam hæc scriberem, indicio V. Cl. de literis & litterarum amantibus omnibus indefessâ industria meritissimi, Patricii Junii, benefi-*

beneficio vero Johannis Pricæi, Anglo-Britaniæ, scujus extant in Apuleii Apologiam Observations eruditissimæ apographum ex Manuscripto Bibliothecæ Augustanæ Codice, celeberrimi illius Davidis Hæschelii manu transcriptum; Excerpta ex Antonino nostro sub nomine Epistoli, Enchiridii Secundi, ad capita XLIII. continens, naectus sum. Vix unum de plurimis Antonini libris (secundo & ultimo solis exceptis) æquante omnia illa capitâ. Ipsissimus est ubique textus Antonini, quem hic exhibemus; non interpolatus, non ullibi (locum unum aut alterum excipio, ubi culpâ fortasse transcriberentis, sive Hæschelii, sive alterius cujuscunque deficiunt aliquot lineæ) decurtatus; nisi quod magari lectiōnum, sed quæ plerumque nullius aut minimi momenti, varietas; cujus, cùm tanti erit, in Notis Lectorem pro re natâ monebimus. Ceterum quid Exceptor hic quicunque fuerit sibi proposuerit, non in promptu conjicere. Non enim vel quæ præcipua simpliciter, & maxime admiranda in his Antonini libris; vel quæ maxime fundamentalia videri poterant dogmata, præceptâve: non denique quæ unius essent argumenti, congesta hic collectaque dicere quis possit. Nulla capitum istorum inter se non magis quam sectionum Antonini cohærentia. Nihil mihi probabilius occurrit, quam quibus maxime capiebatur, (quæ palatorum diversitas est) in unum collegisse hunc Excerptorem. Quid tamen, ut furtum facetet, & vel sibi vindicaret; aut alii cuiquam (ut multi sunt ad fraudes et imposturas, vel minima de cauſâ, proclives) adscriberet? Sed alius erit de his amplius quæ-

rendi locus, in *Commentatione de Theofilio*,  
cujus initio libri ad allatum ex Suidâ testimoniū mentionem fecimus.

Pag. g. lin. 12.13. Πλόππω τῆς πλευρᾶς διαγωγῆς.] Viri doctissimi corrigunt ἀγωγῆς, correctione valdè probabili fateor, an omnia nec esset dubito. ἀγωγῆ, propriè, de educatione; διαγωγῆ, de vita communi & consuetudine. De educatione Antoninum loqui ideo probabilis, quia matris meminit; de consuetudine tamē & instituto virtute adultioris si exponamus, eadem erit sententia.

Ibid. lin. 13.14. τό με τές Δημοσίας διαλύγεται] Xylandri utraque editio, τό μὴ τές Δημ. quod ideo moneo, quia Xyl. edit. ii. per omnia solis erratis minutioribus & typographicis exceptis, exhibutros promisimus, ut si contrā quid in uno aut altero loco contigerit, de eo in Notis monituri simus. Illud autem μὴ, cùm qui de Marco scribunt uno omnes ore (inter illos etiam Anonymus apud Suidam, cuius & Xylander verba suæ editioni præfixerat) plane contrarium restentur, erratis typographicis haud illibenter annumerassent, nisi versio Xylandri, vel ab ipso, quod non puto, Xyandro, vel à Manuscripto quo usus est ipse codice, manasse fidem fecisset.

Ibid. lin. 18.19. μήτε μεγαλαύρος μήτε:] Pro exclam., legendum ταῦτα λέγεται, ut magnus Turnebus (deus Galliz dum vivebat) pridem correxit in *Adversariis*; Lipsio etiam in libro de Gladiatoribus astipulante. Ceterum de coloribus & factionibus, sive Circi sive Amphitheatri, quæ sunt alijs obseruata pridem; aut ejus generis alia si quæ deinceps se nobis offerent, non omnibus fortasse

sic etiam nota, necata tamen aliis haud paucis, & querentibus obvia, ne quis a nobis in nostra hinc Notis expectet. Non enim alios transferre nisi animus. Et quis tandem observandi, seu commentandi finis, si quae scriptoribus antiquis plerisque communia, ea ad singulos ingerenda & congerenda sunt?

Pag. 5. l. 3. 4. τὸν ἀπὸ τοῦ θεοῦ  
De epoche, in genere, quæ nullo non tempore apud plerique gentes in usu, crita jam sunt omnia, neque hic a nobis, ut modè monebamus, expectanda. At de demonum ἀπόμυθῳ quorsum, & quæ hic intelligit Antoninus, operæ premium querere. Αποκριτὰς, seu ut vulgo loquendatur, ἐρεψάσθι τοῦ Διὸς Judæis possumū ad Romanos manasse cecidere. Mira narrat in hac genere Josephus Antiq. Judaic. lib. VIII. quæ Eleazarus quidam Judæus exorcista, coram Vespasiano Imperatore & pharimis aliis, ipso quoque se praesente & spectante, patraverit. Post Judæos Αἴγυπτοι hæc arte (seu maleficio potius, cum de illis loquimur, dicendum est) cum maxime celebres: qui tamen exorcisantes, formulis ut plurimum Judæicis ueebantur, ue ex Origene contra Celsum lib. 1. p. 17. discimus. In cuius verbis, ista, οὐλλαχεὶ τοῖς ἀριστοῖς ἐπαγγελλόντοις ἐρεψάσθι τοὺς ἔρεσμαται μαθήματα: à Eutino (quædam secenta in illa versione animadversione) interprete, frequenter sunt interspersa Αἴγυπτiorum disciplinis efficacioribus, ineptissimè & impotissimum verbumur. Verte, in libris Αἴγυπτiorum quid de miraculorum operationum & exorcismorum arte traxisse in disciplinis, interspersa reperiuntur. Confer cum gemino ejusdem Ori-

genis loco qui lib. 4. p. 189. οὐρανὸς δὲ ὅτι καὶ γενεαλογεῖται, &c. Ex his duobus Origenis locis conjunctis Justinus Martyr interpretandus, cujus non verba tantum mendosè sunt edita, sed in longè aliam, quām quæ fuit auctoris, sententiam vulgò trahuntur. Is postquam negavit ullos exercismos à Judæis adhibitos efficaces (si tamen ulli sunt; dubitanter enim loquitur) esse, qui non in nomine Dei Abraham, Dei Isaac, & Dei Jacob, concipiuntur; ita pergit: "Ηδη μάνθανοι εἰς υμῶν ἐπορχισάτη τὴν τέχνην, ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη, Χριστιανοὶ εἰς ορκίας, καὶ θυμάφασι καὶ καταδέσμοις Χρωμάται εἰπων. Hæc Justini verba ita vulgò accipiunt, Serrarius in Tobiam, aliisque, quasi Justinus id sui temporis Judæis Exorcistis objiceret, eos jam à majorum ritu in exorcismis faciendis deseivisse, & novam exorcisandi artem per suffitū & vincula, à gentilibus didicisse. Quod quām falsum sit, vel ex uno, quem laudavimus, abunde constet Origene. Prætereat, quis qui vel Tobiam legerit, credat θυμάφαλα Judæos, in exorcismis, & suffiendi ritum à gentilibus accepisse? Ad vincula quod attinet, miror viris doctissimis non intellectam vocem significationalis non adeò reconditæ: sunt enim καταδέσμοι, solennes adjurationum formulæ, (carmina, Latinè dicas) in Exorcismis adhibitæ. Sed in Justini verbis mendū certissimum: legendum enim, καταδέσμοις χρ. ἔτερος, non, ἔτερος; cui verbo nullus ibi locus. Verto igitur, Jam siquidem, (vel pridem enim) exorciste vestri bâc arte, (in nomine Dei Abr. Is. & Jac. exorcisandi scil.) ut & gentiles (Ægyptii nimirum) utuntur; suffitū adhibentes & solennes adjurandi formulas. Apud Christianos denique inter

inter ordines Ecclesiasticos Exorcistarum peculiarem classem fuisse nomine ignorat : Sed præter hos legitimos , quin errores alii , ( quales illi ερεχθίουει Ιωάννοι , Aetorum XIX. 13.) præstigiis ad suum quæstum utentes , dubium mihi non est. Ad quos ni fallor, ut & Judæos Ulpiani verba potissimum pertinent : *Medicos fortassis quis accipieret etiam eos , qui alicuius partis corporis vel certi doloris sanitatem pollicentur ; ne puta se auricularius ; si fistula , vel dentium : non tamen si incanterit , si imprecatus est , si (ut vulgari verbo imposterum utar ) exorcisaverit . Non sunt ista medicinae genera , tametsi sunt qui eos sibi profuisse cum prædicatione affirment . D.I. 50. tit. 13. l. 1. pa. 3.* Sed & philosophos illorum temporum hoc artificio celebres ( an infames ? ) fuisse, certum est. Apollonium dæmonas abegisse , narrat in ejus vita Philostratus. Porphyrium , Iamblichum aliosque taceo, quia ævi posterioris , cum jam Magia in summo honore & pretio. Atqui jam Augusti tempore philosophos magiae deditos passim , aut saltem magos tum fuisse , qui falso philosophorum nomine se venditarent , liquet ex Mecenatis verbis apud Dionem Cassium Rom. Hist. lib. 52. Ut non immerito b.m. parens, Modestini verba, *Si quis aliquid fecerit , quo leves hominum animi superstitione numinis terrarentur , divus Marcus hujusmodi homines in insulam relegari prescribit , ad illos , quos sub philosophorum specie Rempub. vexasse , narrat Capitolinus in Marci vitâ , referri posse censuerit . Id enim ipsum totidem ferè vorbis & Mecenatis prædicto apud Dionem Cassium loco . Ex omnibus his , quibas τῶν τεγμενούσιν καὶ γόντων titulus &*

appellatis pati iure competit, quos peculiarius Antonius hic notet, an indifferenter omnes, ordinum atque sacerdotum. Ceterum verba illa, τὸν οὐρανὸν, ita capio, non ut omnes omnino interpretari; sed miraculosa operationes pro incredibilibus habuerit; sed ut quæ vulgo narrabantur in hunc generis, suspecta plerique habuerit, nec temere (quæ verbi Gratiā dicitur) crederit; ut &c Cicero Aliubi veritatem credidit; ut denique de shismo & judicio alienior ab illis fuerit. Hic locus erat Acta illa apud Metaphrastom, (de quibus condidit Annalium Baronius ad annum Christi 183.) miraculosam Lucillæ, Marci filie, à die moni obsecrata, per Abbatum Hieropolitanum Episcopum, sanationem narrantia, expendens & cum his Antonini verbis conciliandi: Sed de illa τῷ Κλείᾳ de legione κατεγένετο: ut &c quod narrat Lucianus in Alex. Pleudomante de Athosiano, impostori nequissimo credent, ut tam piter ab eo decepto. Sed ista cum accuratè tractari postulent, his angustiis includi non possunt.

Ibid. lin. 18. 19: τὸν δικτύον ἢ τὸν ἐπιγριπτὸν] Recte Xyl. hic in Notis interpretatur, pro ἐπιγριπτὸν restituunt. Horum autem verborum clarissima explicatio ex Epist. capite LXX. triplex est: λόγος γεμοσύνης κατὰ τὸ σώμα, &c. pertinenda est: sed non, hic quidem, Epistoli à Simplicio, qui in verberum istorum, πήρε τὸν ἀριθμόν των λαμβάνει, ne statim completere, expositio ne insigniter hallucinatur. Certe non uno exemplo didici de rebus antiquis non semper antiquis credendam. Atqui sunt hodieque, quod tam clara face mirum, qui Simplicium sequitur: cujus testes mihi Notas nescio quas, non uno

uno loco corrigendæ , quæ in Epistola Lugd. Bat. ex Officina Joh. Maire. A.D. 1634. predixerunt. Πλειλαυγάνεν τὰς ἀρσενίτας , quid sit, docebunt, præter Arrianum, Diogenes Laertius in vita Diogenis; & Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Πεπὶ ἀσκήσεως, in genere, consulens Arrianus in Epist. lib. 3. c. 12. & 14.

Ibid. lin. 20. 21. τὸ μὴ ἐν σολῇ ] Lege ; qui heres, b. m. parentem in ista Capitolini, *Nisus sine eis ab atticis & cum privatis vestibus.*

Ibid. l. ult. ἐνδιαλέκτας ] Lege, iudicaveruntur: quod & Xylander in Notis monuit.

P. 9. l. 18. ἀναιδίτας παραπίποντα ] Metaphora sumpta à pertuso dolio; quod & in proverbium abiit. Id Lucretio, *Laticem pertusum congerere in uas.* Lucianus in Anthologia Gr. sic ἀχερ. eleganter,

Φαύλος αὐτῷ πίστος δεῖ τελεμάνθε· εἰς δὲ αἰδοὺς  
Αυτλῶν τὰς χειράς, εἰς κερύνειον εξέχεται.

Senec. epist. 99. Acquiescamus his que sibi hauiimus, βι modò non perforato animo barriebamus, & transmittent quicquid acceperat.

Ibid. lin. penult. χ' τὸ ἀθεόρητον τῶν διομέτων ] Xyl. in Notis ingenue, id est non interpretationem esse se, quia non intelligebat, facetur. Sed eandem ubiq; legem si sibi dixisset, quam multa passim, quæ omittente illum oportuit? Votimus nos in textu, nec intempestivum, &c. Quod sic etiam fortasse non male, Nec intempestivè illos, qui ex opinione vitam inficiunt, theorematibus exagitare, vel, obtrudere. Magnum & perpetuum fere hoc vitium erat sectatorum philosophiæ Stoicæ, semper crepare theorematata; nullo loco, nullo tempore ab iis oggerendis sibi temperare. Inde

illud Epictetiū λαλεῖν τὸ πολὺ ἐγίνωσκεν αὐτῷ τῶν θεωρημάτων. Sed omnino consulendus A. Gellius, & apud illum Attianus, Noct. Att. lib. 1., cap. 2., quibus nihil dici possit accommodatus ad hunc locum. Τὸ φιλοσόφον, hīc accipio ut apud Diog. Laert. in Zenone, ubi virtutes alię dicuntur θεωρηματικαὶ αἱ ἔχουσαι τὴν σύγχρονην ἡθικὴν; alię, αἰθερέστατας, ὅτι μὴ ἔχουσι, &c. "Οὐαίς apud Græcos haud raro, αἴπλος, pro una falsaque quavis (ut Ant. lib. 4. c. 9. ὁπῆ την Θοίνεας, & lib. 9. c. 28. ὁσπόντισ!) opinione: sed ut plurimum, pro falsa opinione scientiæ, quam φιλοσοφίαν, aliter vocant. Hinc illud Bionis, οὐαίς φρεσκοπής ἐγκοπή: quod & Plutarchus, Περὶ τὰ κακά, ut alios omittam, egregie docet. Eadem erat & Zenonis sententia, μηδὲν εἶναι τῆς οὐαίς αλλοιεώτερον τρόπος κατάληψιν τῶν ἀπτημάτων. In omnibus Laertii editionibus, quas ego quidem vidi, imperitissimè (quod & interpres Latini, aliisque, misis averbissimis inficeri) sequuntur editum est, παύσεως, pro οὐαίς. Opponit ibi Zeno τὴν οὐαίν, τῇ κορμίᾳ, (quam Christiani ταπεινοφερσώνυν vulgo dicimus) de qua in superioribus lincis dictum fuerat. Etsi Poeta non ego sum, nec ut essem, valde unquam laboravi, hanc tamen de poesi bene merendi opportunitatem libenter amplexus sum. Porro ut nomen οὐαίς, ita & verbum, οὐαίδι, αἴπλος, non raro pro stulte, & arroganter putare. Ita accipio libro 9. cap. 24. ὡς διεῖται φιλοσόφος πρακτικαὶ: nec multò aliter apud Aristotelem Ethicorum IV. οὐαίμενος θαυμάζεται, οὐαίμενος ποιεῖ, οὐαίμενος ψεύχεται, uno eodemq; capite.

P. 9. l. 10. II. τὸ αὐτεπίστηκτον] Concinnior erit

erit sequentia si τὸ ἀντίπληνον, passivè, pro  
ἀντίληπτον, ut tum Hesychius, tum Suidas inter-  
pretantur, accipimus; ut id dicat, Alexandrum  
cum sermonis esset adeò castigati ipse, nemo ut  
illum jure posset reprehendere, non tamen alios  
illum, qui minus accurati sermonis erant, un-  
quam reprehendere solitum: quæ, in homine  
Grammatico, rara laus.

Ibid. l. 19. 20. ὡς οὐ τυχεύειν βασκανία] Dubium, invidiam passivè, an activè, (quam Cicero propriè invidentiam, distinguendi caussā, solet appellare) intelligat; utriusque enim pariter obnoxii tyranni: sed sequentia verba, ποικιλία & ριθρότης, de invidentia sumi debere suscent; nec fortasse aliter Horatius, quamquam aliter vulgo exponatur, in istis, *Invidiā Siculi non invenere Tyranni, Tormentum magis usurpavit.* Quod mox de *Patricia Antoninus*, non aliud ille, quam quod omnes omnium ætatum scriptores questi sunt, & quotidiana firmat experientia, Ceras (ut Ciceronis utar verbis; veros affectus dicit hic Antoninus) amicitias difficillimè reperiri in iis, quæ in honoribus, rēque publicā versantur. Fortasse aliquid Antoninus ad etymologiam verbi ἐντάξεις: Ea quippe maxima apud Poetas immanitatis exaggeratio, quæ à feris parentibus, tygridibus lezniisque ducitur: Qui igitur ἐντάξεις vocati, (i.e. boni orti parentibus) illi si verè quod vocantur, essent, dissimillimos eos esse, id est, mitissimos eos & mansuetissimos, verum erat.

P. 11. l. 10. οὐδὲ τέ αὐτελοῦς με Σεπίνες] Viris maximis assentior, Scaligero, Baronio, Salmasio, tum hic, tum apud Galenum, Verum pro Severo restitucentibus. At quod idem Baronius a.d. 177.7. in

in Ulpiano, ubi editiones omnes aut plerisque,  
hinc Severus & Antoninus, ipse, ne trahito qui-  
dem lectori varietatis lectionis, Divi Verus &  
Antoninus, exhibet, nota laudo. Etsi enim sunt viri  
docti, qui ita malunt; sunt tamen & alii non mi-  
nus docti, qui non levibus moti rationibus, vul-  
gatam lectionem reclinendam putant.

Ibid. l. 16. τὸ ἀμελὲς καὶ τὸ ὅμοτον] Non illi  
puto voluit Antoninus, cutis eum (neque enim  
potuit) omnino vacuum fuisse, sed in maximis  
curis & occupationibus, studia philosophiae, ut  
Ciceronis utar verbis, non intermissee. Vide in-  
fra lib. 9. c. 36. Τοῦν ἀρισταῖς φιλοσοφίας, &c.  
Vocem non adeo alioquin obscuram, consuleb  
tamen hic exposui, ne quis τὸ ἔντονον καὶ τὸ ὄμολός,  
lib. 6. c. 23. cum leget, suspectam haberet, & ce-  
mcerè follicitaret.

Ibid. l. 23. Παράλησις Μαζίμου] Turbat hie  
cocontextum orationis vox παράλησις non unde ra-  
tione. Expende sequentia & intelliges. Præterea,  
constantiter Antoninus hoc toto libro, quoties ad  
diversas personas transit, à prepositione παρά, ser-  
monem suum aufpicatur. Mihi non dubium,  
qui scripsit Antoninus, fortasse & ita reperit  
in Manuscripto Codice Xylander, & imprudens  
mutavit) Παρὰ κα. Μαζίμου, compendiosè pro,  
Παρὰ Κλεοδίου Μαζίμου. Capitoliatus in Marci  
viro: Audivit & Sextum Cberonensem Plutarcum  
nepotem, Junium Rusticum, Claudiū Maximūm,  
& Ciriām Catulam, Stoicos. Haud multò alicet  
in Epitomiā Aut. Victoris: Marcus autem Anto-  
ninus; pro, Marcus Aurel. Antoninus, editum  
vulgò; ut vir doctissimus in Notis pridē monau-  
it. Errare autem illos puto, qui hanc Cl. Maxi-  
mum

sum Socium, cum Maximo Tyrio Platonico, confundunt. Nam quod Eusebius Maximum Tyriam inter Macci praeceptores numerare creditur, id à vicioſa Graci contextus (ex meliori latine Hieronymi versionis interpunctione corrigendā) dispositione proſectum est, non ab ipſo, subiicit dicere, Eusebio. Que proximè sequuntur, tempore tristis, &c. de rigore animi laudabili, qui vicioſe sumptuosa & obſequio opponitur, accipio. Sed & diabolus regnans illi, ſive ſeculari regnante, (cujus apud Platonem, & ſeculari antiquitatem, conſtrarium) q̄ regna mundi tristitia dici possunt, qui tamen q̄ ratiōnibz proprias habent in peregrinat, nec ullis vel temporum necessitatibus, vel opportunitatum illecebris adduci possunt, ut à reſto pietatis tramite vel tantillum defellant, & ſibi indulgetant. Vide & inſta, L. 3. c. 6. etym. Dñs. p. &c.

P. 13. L. 21. *Xylandri versionem* quia non plane absurdā, non correxi; sed lectorem morto, elegans hoc verbum à b. m. parrente in ista Capitolini in vitâ Marci, *summo-vando anticis à societate & corruvitis, &c.* sed & à præstantissimo Salmatio, in eadem verba, plenaria & certius expati. Videri posse Antonini proprium verbum, quia alibi nunc non reperias. Est tamen hoc levius argumentum. Quot enim voces pœnitius intercidisse putamus cum tot veterum que pridem parire monumentis? Quot alia, nunc rara & paucis notis, que coemunis & vulgares suissent, si tot scriptores veteres longaztas nobis non invidisset? Ut à pluribus olim usurpatam vocem, & vulgo scitis notam suisse credam, enuntiæ Juvenalis, qui ad verbum interpretatus

interpretatus est, sensum communem. Ejus verba sunt Satyra VIII.

Hæc satis ad juvenem, quem nobis fama superbie Tradit, & in statum, plenumq; Nerone propinquum. Rarus enim fermè sensus communis in illa Fortunæ—

Græcana vocem habebat in animo Juvenalis, quem non mirum qui illam ignorabant, Juvenalis interpres, non intellexisse.

P. 15. l. 1. οὐ δῆμορος, ἀλλ' εἰ τὸ περιέστη] Non constat syntaxis verborum. B. m. parent in Capitol. p. 176. ita scribit, οὐ τὸ δῆμορος. ἀλλ' εἰ τὸ, Περιέστη τὸς ἔργων, &c. Ego jam olim in Notis Anglicis ita quoque non male scribi posse putabam: οὐ δῆμορος ἀλλα. Οὐ περιέστη, &c. An ut rectè dicitur, οὐχεὶ τὸ ἔργων, & οὐχεὶ ἔργων vel ἄλλο: ita diei possit &, οὐχ εἰπέσθι? Certè si hoc admittetur, quin hæc vera lectio esset, οὐ ὅπίμονος ἀλλα οὐχ εἰπέσθι, &c: nemo dubitaret.

Ibid. 1.8.9. ταμευτικὸν τὸς χορ. οὐ λαοῦ.] Xylander verterat, sumptus procurabat, neque verebatur de iis rebus causam dicere: quæ nobis merito displicuerant; sed nec ista nunc minus, impensarum rationes colligebat, quæ nobis aliud agentibus excederunt. Nempe, de Rationario imperii (quod si placeret, mallem tamen, in tabulas publicas referendas) cogitaban; quale illud Augusti; quod, ut Dionis utar verbis, τότε τῶν σεξιστῶν, οὐ τα τῶν περιόδων, τῶντοι ἀναλογίτων τῶν Δημοσίων, τό τε πλῆθθ τῶν εἰ θητηροῖς χειράτων, οὐ δια διαλογοτοπα εἰς τὴν ἡγεμονειαν φερτα, complectebatur: aut de Edicto, quale illud Trajanū, Plinio in Panegyrice laudatum his verbis, Itaque

que non tam pro tua gloria, quam pro utilitate com-  
muni, editio subjecisti, quid in utrumque verbum  
effet impensum. Adsuecat Imperator cum Imperio  
calculum ponere; sic exeat, sic redeat, quasi rationem  
redditeris. Edicat quid absumpserit: ita fiet ut non  
absumat, quod pudeat edicere. Sed alia verbi  
rapinæ adas vis est, ab his calculi rationibus aliena.  
Vero igitur, sumptus parcè dispensabat; vel, si  
quis id malit, pecuniam, que ex vectigalibus &  
publicis Imperii redditibus obveniebat, parcè eroga-  
bat. Td rapinæ adas, sive propriæ capias, pro  
brocœvls; sive metaphorice, ut cum Græci di-  
cunt eleganter, rapinæ rås túχæs, vel rås  
ōχuās, vel τὸν πόνον, & id genus alia; sententiae  
parum aut nihil intererit: quæ, puto, clarior erit,  
si cum sequentibus testimoniosis conferatur. Lam-  
prid. in Alex. *Aurum & argentum raro cniq; am*  
*nisi milici divisit: nefas esse dicens, ut dispensator*  
*publicus, in delectationes suas suorumque verteret,*  
*id quod provinciales dedissent.* Vopiscus in Aurelio:  
*Vellemus quidem devotissimis R. P. viris,*  
*multo majora deferre compendia, sed facit rigor (an*  
*non rigor hic, quod Antonino τόνοι?) publicus, ut*  
*accipere de provinciarum ablationibus ultra ordinis*  
*sui gradum, nemo plus possit. Sed & in voce χρη-*  
*γία, ambiguitas: quam si propriæ accipias, tum*  
*verendum erit, sumptus in Scenicos (vel in specta-*cula)* parcè faciebat. Lamprid. in Alex. Sev.*  
*Scenicus nunquam aurum, nunquam argentum, vix*  
*pecuniam donavit, pretiosas uestes, &c. Et ibid. post*  
*pagina unam aut alteram; Spectacula frequen-*tavit cum summi donandi parsimonia, dicens &**  
*venatores, & scenicos & aurigas, &c. De hoc ipso*  
*Antonino, Capitol. in ejus vitâ, Salaria multis*  
*subtraxit,*

subraxis, quos nos videbat accipere, &c. Quemodounque veritas, hoc certum, minus popularem Pii sive parsimoniam sive frugalitatem hic tangi, quam notat etiam Dio, his verbis; Abzetat dicitur Artorius. Συντάκτης γεράδια, καὶ μηδὲ πελτὴ μικρὴ καὶ τὰ τυχόντα τὸν αὐτοκαθολίας ἀπογεῖται. ὅτε δὲ τὸν οἰκόπετα τὸν κυριωτύποντα ἐκάλει· quod nec Julianus prætermisit in Caesaribus; ut non mirum, Antoninum obere statuimeminiſſe, quas Pius pater eo nomine, tanquam rigidus aut avarus, incutiebat. Vocem tamen, de immoto animi rigore, & invicta pertinacia, non obviam, luculentor explicat Artianus in Epist. lib. 2. c. 1.5. Πλέον τὸς εὐληπτῶν τοῦτον, (Wolfius conjiciebat pro τοῦτον, τοῖστ, corrigendum; sed obstat, τὸ, ὡν, quod sequitur; ego potius pro, ἐμμένοντας, scripserim ἔχοντας: nam mox quoque, ἔχοντος αὐτὸν ἀποχῆς, νοέτε, προ ἔχοντου) αὐτὸν ἐκείνας ἐμμένοντας. Illud postremo addam, in istis, τοὺς δὲ τὸν τ. τόντων κατατίθοντας, suspicari mea veram lectionem & sic, τοὺς δὲ τ. τόντων τοῦτον κατατίθοντας: excidisse vero τὸ τινῶν, ob scripturæ similitudinem cum præcedente τόντων.

Ibid. lin. 19. μήτε δὲ σοφ. μήτε ἄτι δικ. ὑπ. μήτε δὲ χολ. ] De Sepulsta & Scholastico, nullus erit opinor doctis scrupulus, qui quam horrifici per illam zetatem tituli fuerint, & à φιλοθέοῖς appetiti, non possunt ignorari. De vernacula, & ἀναρχίᾳ, videamus. *Verna* propriè, qui domi; sed latiori significatione etiam quicunque in urbe nati. Hinc apud Senecam urbani; & verna coniuncti, ac montanis & rusticis, qui ex confragoso (ut ipse loquitur) vniunt, oppositi. Glotisæ quoque

quoque veteres, ueruilem, ~~polliuile~~ exponunt.  
*Vernaculus*, Martiali Senecæque idem quod  
*verua*, seu *vernula*: & quod Senecæ, *vernilitas*,  
id aliis *vernacula urbanitas*. Ut igitur Senecæ,  
*vernilitas*, obsequium, seu *ἀρέσκεια*: ita hic *vernaculus*, planè est *ἀρέσκειος*: aut ut Arrianus inter-  
pretatur, (non enim meliorem verbi Antonini-  
ani interpretrem vel opere possumus) *ἴδης τοῖς*  
*σωκόσιν*; vel simpliciter, *ἴδης ἀρέσκειος*: lib. IV.  
capite *τοῖς συμφεροεσ*. *Εἰ γὰρ κρείσσον* (inquit)  
*τὸ αἰσθήματα* *τοῦ κόσμου*, *τοῦ εἰσεῖτον τινος*, *Ἡδὺς*  
*ἀρέσκειος!* &c. Qued de *vernilitate* Arrianus,  
id Seneca non dissimilibus verbis de eruditionis  
(quam cum Sophistæ sibi vendicabant) compre-  
hensione: *Magno impendio temporum, magna aliq-*  
*uatum aurium molestia laudatio hec constat: O ho-*  
*minem literatum! Simus hoc titulo rusticiore conten-*  
*ti, οὐ virum bonum!* Verbum *ἀικονίας* haud im-  
merito suspiceretur aliquis è margine irrepuisse;  
quid enim *vernaculus*, (non hec quidem loco; sed  
fi verbi proprietas attendatur) quam *ἀικονίας*?  
Si cui tamen severior hæc expungendi medicina  
non placet, in promptu quod dicamus. Inter  
primas Eliani Sophistæ (ubi obiter & illa mihi  
nota, *ὅδε ἐπίγραψεν τὸ τοῦ ὀγκόματος ὅντε μεγάλη*  
*ἔνθα*) laudes, istam Philostratus ponit, quod  
Romæ natus Græcè adeò pure loqueretur,  
*ὅτεπερ οἱ οἱ τῷ μεσογείῳ Αθηναῖς*. An aliud *ἀικονί-*  
*ας?* Sed audiamus Platonem in Menone: *Ἐλλην*  
*μέντι εἰς καὶ ἔλληνίζει;* nescio quis interrogat re-  
spondetur; *τάντι γὰρ σφέδεα ἀικονίας.* Ha-  
cetus de ipsis verbis & titulis; sed & illud non  
emittendum, non constare è verbis Antonini,  
id velit, patrem suum nunquam ab aliis his elogii  
ornatum;

ornatum; an alios ipsum nunquam sis ornasse? Non enim laus hæc minor, fortasse & major; isti Imperatore certè. Magnum enim viri sapientis & generosi indicium, nunquam quenquam ab his vulgaribus & externis, fortunâ puta, vel ingenio; sed à solâ bonitate & sapientiâ commendare. Atrianus in Epictetum 4. c. 4. Μηδέποτε ἀπὸ τῶν κοινῶν μήτε ἐπαιρέσθε, μήτε φέγγετε, ἀλλὰ ἀπὸ δογμάτων. τὰῦτα γὰρ εἰς ἴδια τὰ σύναστα. τὰ καὶ τὰς περιέχεταις δικηρίοις οὐ καλάς ποιῆσθε. quod alibi quoque iisdem penè verbis repetit; sed & fusius prosequitur ejus libri cap. VIII. Verum huic interpretationi maximè obstar, quod de eodem Antonino libro VI. reperitur, καὶ φοροδεῖς, οὐχ οὐσίης, καὶ συφίσης.

P. 17. l. 3. εἰς ὅληντα ἰατρικῶν χρ.] Suidam vide, in voce Πλευτοχόη. Scipio et Antoninus fortasse, εἰς ὅληντα ἰατρικῶν χρήσειν, ἢ τε φαρμακῶν ἔγιος, η καὶ ἀπόθετος.

Ibid. l. 19. καὶ τοῖς τοιέτοις ἀνθρώποις] Sensum quidem expressisse me in versione; sed vocem tamē unam aut alteram deessit puto; fortasse & aliæ transpositæ. Scriberem, ἀγθρ. περιέχουσα ταῦτα, περιέχει τὸ δὲ δέον δεδογκότθο διῆται π. &c. Aut si hoc nimis est, minori mutatione, sed eadem manente sententia, δεδογκότθο διῆται π. &c. Erunt fortasse qui minori negotio omisla particulâ δὲ, pro ἀνθρώποις, legant ἀνθρώπους; aut pro δεδογκότθο, scribant δεδογκότθο; quæ mihi quoque veniebat in mentem, sed (etsi fateor hunc verbi δεδογκότθο usū minimè utilitatem esse) probata non sunt. Argumentum hoc non faciat æ bonitatis & beneficentiae præcipuum, id in beneficiendo spectare, hominem te ei qui homo

homo sit id præstare, non uno loco monet in sequentibus Antoninus. Vide lib. IX, c. ult. p. 263. τὸν τάλιον δέλης, &c. Seneca: *Hominibus prædestinata natura jubet. Servi liberine sunt; ingenui aut libertini: justa libertatis an inter amicos datæ; quid resert? ubiquecumque homo est, ibi beneficio locus.*

Ibid. lin. 24. 25. οὐ ἀπὸ Λαρίση σολὴ ἀνάγνωσται.] Hunc locum, quem plus quam probabile est esse corruptum, viri docti, qui Augustæ Hist. Scriptores notis & observationibus immortalitatem dignas illustravint, non uno modo restituere & interpretari conati sunt. Ego quamvis effecisse eos quod conati sunt, affirmare non possum; non tamen tantum mihi tribuo, ut post illos, vires meas experiri sustineam. Sed & eò libertius abstineo, quia nihil hinc philosophicum aut dogmaticum; sed totum quicquid est, ad singularem aliquam Antonini Pii, nec casu publicam, sed privatam, sive actionem, sive consuetudinem, sive denique responsum partinet; cuius ignoratio non est cur nos admodum torqueat. Illud tamen dicam, in postremis verbis, τὸν φελόγνην substitui, idèm tamen probare me, quod publicanos, de publicis malè redemptis queri, remissionemque petere solitos, ex Cicerone aliisque notum est. Xylandri versionem et si palam vicioram retinuimus, quia quid rectum non esset, videre facilius; quād quod rectum esset invenire nobis erat.

P. 21. lla. 3. οὐ μὴ διὰ τέτο ταπεινότερον.] Scribo, οὐ, μὴ διὰ, μὴ διὰ τέτον, vel omisso μὴ διὰ, (quod ramen nolim) οὐ μὴ διὰ τέτον. Ceterum, an κύριος hinc Imperatorum proprium, (qui inter insignia Imperii ab aliis recensetur) Antoninus intelligat: an verò laitorum & beatorum

torum temporis istius, (cum nihil in his ab Antonino memoratis, quod communis ab aliis descripto luxui non possit æquè convenire) communem; haud immerito quis dubitet. Ego in hanc olim partem potius propendebam: quod ex Anglicis Notis apparet. Multa tamen afferre nunc possim, cur magis probabile de *insignibus Imperii* hæc accipienda. Sed breves hic esse cogimur. Pro, σημειωσῶν quod hic, ex mellori Xylandri editione, σημειωτῶν corrigendum.

Ibid. lin. 17. 18. χειρογραφος χειρογραφος] B.m.  
 pater, sape jam nominatus, sape deinceps (ut ex cuius unius elaboratissimis lucubrationibus plus auxiliis ad hoc pensum pertexendum, quam ex omnibus aliorum quorumcunque musicis operibus; absit invidia verbo; comparaverim) nominandus; in Dionem Chrysostomum, Oratione primâ De regno, non in hoc Antonini quidem, cuius ibi non meminit; sed in Dionis, & Longini locis simillimis, δικινοτε, non ἐπίνοια, scribi debere contendit. Idem tamen in alio Dionis ejusdem loco, δικινοτε, ut genuinum assertit. Sanè non cuiusvis est ista recte semper distinguere, præcipue cum δικινοτε etiam apud Aristophanem inveniamus. Cæterum, quanto φιλοποικιλῆς hæc ab Antonino dicantur, egregie docebit insignis & ipse Plutarchi locus, qui quia prolixior est, parte ejus contenti hic erimus. Disputat ibi Plutarchus quā Deushumanas voluntates slectere ratione dici, concipive possit; ac tandem concludit, οὐ γάρ ἀπαλλαξίου δλως τὰ θέμα πρόσων αἰτίας χειρογραφος τέρη καθ' ήμας, οὐ τὸς ἀνθρώπου τερψθετος οὐ βοηθεσιν ανθρώποις χειρογραφος τὸ σῶμα δίπλω πλευτοῖς ήμῶν, εδὲ τὰς χειρο-

αὐτοῖς μεταλιθίνεσσιν οὐδοὶ καὶ τὰς πόδας, ἀλλὰ τῆς  
ψυχῆς τὸ περικλεῖτον καὶ περιφερεῖτον αρχαῖς τοῖς  
καπνίσταις καὶ ἐπινοίαις εγένετο, οὐ τειχαύσιν  
ἀποσρέψοντος καὶ ιστάντος. Etiam hic in Plutarcho  
(si quidem in Antonino) ἐπινοίας, non ἐπινοί-  
ας legendum esse nemo credo dubitaverit. Etiam  
illud monendum, ἀπολέπεται γέ, non οὐ ἀπολέ-  
πεται, in sequentibus Antonini verbis esse scri-  
bendum. Malè divisa particula ηδη, pro qua in  
priore Xylandri editione excusum est, οὐ δη, alter-  
ius hujus οὐ inserendi (Xyandro an alii nescio)  
causa fuit. In secunda editione τδ, ηδη recte,  
unā voce: at posterius illud, οὐ, nihilominus à  
Xylandro retentum; non in textu tantum, sed &  
in versione.

P. 23. l. 9. τὸ δι ὄντα πάτω] Vide quæ ad lib. V.

p. 107. l. 23. notamus.

Ibid. l. 11. καὶ τέτε εἰς Καΐτην ἀσπερ χρίσει] Scribo cum Xyandro in versione, (sed Norio  
ejus adversantibus) καὶ τέτε εἰς Καΐτην, ἀσπερ  
Χρύσην. Cajeta, urbs maritima; & littora Cajeta-  
na, notissima. Solitum autem Antoninum littora  
(quæ procul à tumultu scilicet, & turbâ) frequen-  
tare, ipse alibi libro IV. c. 3. & l. X. c. 12. insuit.  
Ibi votum aliquod (virum θεοφίσταλον, de quo  
alijs pluribus σὺν θεῷ) magno ardore concepi-  
ſe; cuius se reum factum esse postea credidit, mi-  
hi verisimile est. Hinc igitur illa Chrysæ, Apol-  
linis sacerdotis, mentio, qui ab Homero οὐδὲ  
οὐτε πολυφλεγόσθαι φαλάρης, in littore orans,  
& quox exauditus, primo Iliados inducitur. Ta-  
lia Antonino, tali ac tanto viro, præter ordinem  
naturæ communem θεόθει obtigisse minus mira-  
bitur, quisquis similia & aliis haud paucis, An-  
tonino

torino minime comparandis, quorum testes Historiæ sacræque profanæque, & omnis omnium etatuum experientia, non ignorat accidisse. Unum præter alios Aristidem libenter nominarem; venustissimi & cultissimi sermonis Sophistam; sed adçœ, (quod ex scriptis liquet) cum superstitionis, tiam φάσαξον, ut fidem illi, οἰκοδερη quod siunc μαρτυρεῖ, talia multa de se narranti, arbitrii religio mihi sit.

Pag. 25. l. 1 s. 12. Λύθρος καὶ ὀπίστακα καρκύφαντος; Sanguinem, ossa, pellem, ut ex quibus præcipue constet humanum corpus, enumerat; res utique per se partim viles, partim tales, ut aspectus eas horreat humanus, ( unde est quod λύθρον maluit dicere, quam αἴμα) potius quam aereat, inquietens. Conferenda sunt hæc cum iis quæ lib. IX. c. 30. τὸ σατέρν. τῆς ἐκάστης τελεομένης ὕλης. ὑδάρι, χόρις ὄστεα, γέας Θ. Aqua, inquit, & pulvis: ex horum autem mixtura, lumen, ex luce, pro varia ejus temperatura, vel ossa, vel γέας Θ., id est, caro, facta res, & purgescere facilis. Quod pertinet quod homo, πτλὸς αἴματι περιρραμένος à quibusdam ab aliis, πτλὸν φύγεια, per contemptum dictus. Item cum iis conferenda quæ lib. VIII. c. 32. Κράσις τῶν τοῦτο καὶ λύθρου εἰς θύλακον. Θύλακον intellige, eà notione quā rarum illud patientiæ exemplum, Anaxarchus, in voce fortissimâ, & generosissimâ, Πτίστε, φίλοις τὸν Αναξάρχον θύλακον Αναξάρχον καὶ φίλοις. Seneca, Consol. ad Marciam. c. 24. Hæc quia uides ossa circumvoluta pertutis, & obductis cunctis uileumque & ministeriis manuī & cetera quibus involuti sumus, vincula nostrorum tenetraque sunt. Mox Antoninus, ἀπ-

**S**toroñōñis; ubi τὸς, Στορονῖδες, contraria planc  
notione à vulgari. Sed cùm non paucis istius gé-  
neris composita, ut Στολαιμέρον; ἀποκλειεῖ,  
Στοκληρῶν, &c. contraria vulgo significant,  
non autem mutare; si quis eamērū malit οὐνοίδην,  
probem magis.

Ibid. līt. 17. καθ' ὁριστὸν δικαιόν. περὶ φαστ-  
ῆνες) Tum de verbo περὶ φαστῆνες, tum de re  
ipso, multe b.m. parens in Persium, ubi & Anto-  
nini locum non unum laudat & exponit. In qui-  
busdam tamen Antonini locis minima festinatio  
fraude ipsi fuit: ut cùm ἀκορδοῦσι ὅριοι inter-  
pretacut, vīm non committent, cùm impotens diffe-  
cibilem, seu, societati contrarium, (nec unquam  
Antoninus alia notione voces hæc κοινωνίας &  
αποτάξις), quæ toties apud Alum occurrant,  
usurpar) debuisset dicere. Iterum cùm ista lib. X.  
c. aliquid, ἐκένῳ φιλοσει, ἐντροπῇ, ἐκένῳ, εἰ  
δὲ ἐντροπῇ, ἀρθρῷ: de professione eloquentie  
alii prælatæ professioni, &c. accipiunt: cām id ve-  
lle Antoninus, τὴν προαιρέσιν δύορι, seu  
quod cōdēt redit, dogmata & opiniones cu-  
jusque, à quibus penderi προαιρέσι, προπετα re-  
cte posse nuncupari, ut quæ plus possint ad im-  
pellendos in hinc vel illam partem animos, quātū  
φιλοσει quævis: cuius alioqui virtutē quantum  
passim tribuant scriptores antiqui, ex multis  
eorum querelis notum est. Rerū fufē docet Ar-  
rianus in Epist. lib. 2. c. 23. Περὶ τῆς τε λέγου  
συνέμενος, Quantum tribuenda sit eloquentia. Vide  
& ejusdem libri c. 2. Περὶ ἀταραξίας: ubi  
notanda verba, quæ fortasse cogitabat (perpetuus  
Arrani imitator) Antoninus, cūm hæc scriberet,  
Τέτοιοι προαιρέσι (inquit) τέτοιοι δίηγοις τε τα-

πίστις τύπο γίνεται τύπο διάλογο Θ. τύπο εὐθυγάρμησις. Huc facit & Senecæ de verâ fortitudine locus, quem laudamus in notatis ad pag. 275. l. 22. 23. Οὗτοι γάρ εἰ λαγκαὶ, &c.

Ibid. lin. 21. Πάντα ἔκειθεν ρῆσιν.] Videri possit Scholia est ille cuius verba laudat V. Cl. Fred. Morellius in Dion. Chrysostomum, legisse hic, πάντα διεθεν ρῆσιν: non ἔκειθεν. Σύμφωνος τύττα, inquit ille, τὸ τῷ αὐλοκράτορες Μάρκος, Φλάβια διεθεν ρῆσιν, σφᾶς ἐσρηκότθ. Hac certè verba, Πάντα ἔκειθεν, saepius ab Antonino (lib. 6. c. 27. Πάντα ἔκειθεν ἔρχεται : lib. 12. c. 21. ἔκειθεν ἐρύκης; &c., ἔκειθεν ἐλάνυνθε) repetuntur: sententia vero verò verborum saepissime: ut nihil in ore familiarius illi fuisse, crediderim. At vocem ἀνθεν ipsum ullibi in hanc sententiam usurpare non memini. Sed præterquam quod Antonini mens ex ipsius contextu manifesta est, ipsius etiam verbī ἔκειθεν seorsim sumpti ea vis est, ut idem planè quod ἀνθεν, seu ἀγανόθεν, significare possit. Ita & τὸ ἔκει, simpliciter & absolute, de alterā vitâ statuyc mortuorum qualicunque post mortem, eleganter haud raro ponitur. Sed & ταῦτα, & ἔκεινα, non vulgari sape sensu; quæ non intellecta, magnas verbi nonum obscuritates, ne dicam absurditates, pepererunt.

## Nota in LIB. 2.

D Ag. 31. lin. 7. ἐν γαρ οἱ Κίρι οὐδέσω] Puto unam vocem aut alteram desiderari. Scriptor Antoninus fortasse, ἐν γαρ οἱ Κίρι οὐδέσω

*ἰδεῖν τρόπον ταῦτα : vel, αἰσθάνειν ἔαυτον.*

Ibid. l. 16. οἱ λεκυκκότες πᾶν Σίφη] Antonino solenne ad verborum ἀτυμολογίας, vel diversam significationem tacitè respicere. Bios Græcis, vita, vel arcus, solà accentus varietate discernuntur. Fallor, aut alludit huc Antoninus. Fortasse & Aristophanes cùm ἐχέλοξεν δοτες Κτον in Pluto dixit. Sed verbis omissis, in rebus ipsis ea similitudo, ut in omni lingua à jaculantibus & sagittantibus ad vitam communem traductæ metaphoræ sint usitatæ. Porro, in nullo facundior, aut facundior argumento Seneca, quāta in hoc mentis seu ρόμπῃ, (turbinem, volutationem, jactationem, fluctuationem, & interdum fluctum ipse vocat) seu languore describendo, & arguendo. Ad hæc autem, quæ h̄ic Antoninus, proximè accedunt ista, in Epist. 3. Utrosque reprobendas, & eos qui semper inquieti sunt, & eos qui semper quieti sunt. Nam illa tumultu gaudens, non est industria, sed exagitatio mentis concursatio: & bac non est quies, quæ motum sonorem, molestiam judicat, sed dissolutio & languor.

P. 35. 5. μὴ Διωραύειν δὲ] Quorsum spectent hæc, & quām pīc sapienterque ab Antonino ita statuantur, intelligunt illi, qui frequentes philosophorum veterum & recentiorum cuiuscunq; disciplinæ; sed & historicorum aliorumque scriptorum, de materiæ, quam Deus emendare non potuerit, (ita enim passim loquuntur) imbecillitate & pravitate querelas observarunt. Ex antiquioribus, (nam ab illis opinor exteri plerique) Platonem in Timo, & Locrum ipsum οὐεὶ quæ nominasse sufficiat. Senecam vix excuso, qui tories id ingerit, cujus pudere sanx mentis philosophum debuit.

P. 37. l. 4. 5. τῶς ἀπίστας θεῦ ἀνθρώπο] Xylander vertit quasi scriptura esset, τῶς ἀπίστας  
θεὸς ἀνθρώπου. Certe de Dei συμπάτητam passiva  
(de qua & Antoninus lib. 13. c. 2. quod fortasse  
Xylandrum movit, ut ita videntur) occultâ Dei  
ipsius in humanas mentes operationes; quam  
ātrivā, per homines ipsos, virtuti & philosophia  
operatorum; multa eximie, philosophi Platonici  
Porphyrius, aliquis. Si editam lectionem rei-  
nemus, ita vertendum: *Quomodo Deus homo con-  
tingat, & quā sui parte eō qualiter affectā.* Gra-  
ca ita scribo; καὶ ὅταν πῶς ἔχει διακύνεται τὸ τῷ  
ἄρθ. I. μέσον. Ὁταν τῶς ἔχει, ut apud Aristote-  
letem Magnorum Moral. lib. 2. c. 10. ἀλλ' οὐας  
ἔπει τοῖς οὖ, ὅταν πῶς ἔχει τὰ πάθη εἰ καλύπτει,  
καὶ πότε ὅταν ἔχειται; εἰ γὰρ διδα... Toi τῶς ἔχειται  
ἀπομονώς quomodo differantur, subtiliter eradicatur a  
philosophis, tum Stoicis, tum etiam Platonici  
Plotino, Simplicio, aliquique qui consulendi. La-  
tina lingua has subtilitates non capie. Tā γενίτι  
quæ partes animæ propriæ, & quæ sunt, docetbiis  
Aristoteles Ethic. Nicom. lib. 6. c. 1. & 2.

Ibid. l. 8. καὶ τὰ νέρθεν γῆς φ.] Ultraque Xyl. καὶ  
τὰ τοῦ γαῖας; ut & Plato in Thecetro; qui & an-  
torem verborum Pindarum nominat: in forū dico,  
τὰ νέρθεν γαῖας: quæ Platonii, τὰ τοῦ γαῖας νέρθεν.  
Nam quæ sequuntur apud nostrum, sunt Antonini,  
sive alterius cuiuspiam, Pindari non esse liquet ex  
Platone. Haud dissimilis & Euripidis locus, Clem.  
Alexand. Stromat. 5. circa finem laudatus: cer-  
tè, si verba species ipsa; nam scopus Euripidi  
diversus, & magis ad Antonini mentem, quam qui  
Pindari videunt apud Platonem suisse. Proxima  
lin. τεκμ., non τηκμ. legendum: & paulo infra,  
καθαρεῖν,

καθαρός, non ut editum καλογέρος, quæ sunt officiariis operis condonanda.

Ibid. l. 23. s̄s τέτο] A Lugdun. edit. hoc, & nostrā, dum recensemus, à me gestio. Corrigē ex meliori Xylandrinā, sed & ex Suidā, in antiquis, s̄s τάῦτα ἦν, &c.

P. 39. l. 12. 13. τοὺς τὸν κυρικὸν Μόρ. λεγ.] Scriptum aliquod Monimi innuit, opinor, Antoninus; in quo personæ phares interloquentes & disputantes introducuntur. Nisi mali corrigere, τοὺς τὸν κυρικὸν Μορίου λεγ. id est, quæ sunt à Cynico Monimo disputata, seu scripta. Ita enim loqui Græcos vel ex Herodiani de Muco nostro testimonio, quod initio libri præsumt est, intelligas. De hujus autem Monimi Scriptis idem etiam Ding. Laertii, quod hic Antonini, judicium: οὐτοὶ μὲν (inquit) εὐσεβεῖσται οὐδὲν, ὅτε δοξεις μὴν καταφερεῖν, τοὺς δὲ μάλισταν παρερμάτη γέγονες ἢ μάγιστρα σπουδῆς λειτουργία μαρτυρία, &c. Interpunctio textus Antonini corrigenda, τὸν λεγομένον, ēdu τις αὐτῷ, &c.

P. 41. l. 14. τὸ παρεπέμπειν διαίρεσιν] Plagiūrissem, vox eleganissima, quam plenè, ut hic usurpat Antoninus, vix alta Latina exprimac. Non enim solùm honoris causâ deducere, sed & necesse falso commearu, & viatico instruere significare: eadem etiam de officio, quod mortuis impeditur, usurpatur. Hæc omnia ni fallor voluit hic Antoninus philosophiæ, veræ & germanæ, tribuere. Conatus est exprimere Seneca, At illud ex se ortum (gaudium) fidete firmumque est, & crescit, & ad extremum usque prosequitur. Eleganter & splendens Julianus Imperator in Cæsariis, postremis verbis: Σοὶ δέ, τοὺς ἑμέρας λίγους,

Egūns,

Ἐρμῆς, δέδωκα τὸν πατέρα Μίδαντες ἐπιγνῶντας.  
οὐ δὲ ἀπό τῶν ἐντελῶν εἶχε, πίστια καὶ δόγματα  
ἀποφελλή, οὐδὲ τὸ σκαύλῳ παρασκευάζον, καὶ οὐκέται  
αὐτὸν ἐπειθεῖσιν αἰτίας δέη, μελά τῆς ἀγαθῆς ἐλ-  
πίδος, οὐ γεράνεια θεὸν δίμενη καβίσα σκαύλῳ.  
Quæ Latina vir præstantissimus, Petrus Cunze-  
us, ita fecit: *Tibi verò, inquit, hoc dedi, uti So-  
lem agnosceres patrem: cuius tu præcepta sequere,  
atque ita te para, uti is perfugium tibi, tutusque  
porcus in omni vita sit; post autem, ubi emigrandum  
illinc erit, plenus bona spei hunc tibi deum fac pro-  
picium via ducem.*

P. 43. l. 3. τὰ ἐν Καρυάνῃ] Καρυώτῳ, non  
Καρυτῷ, ut perperam editum est. Ceterū ex  
his verbis, ut & illis, quæ lib. I. τὰ ἐν Καρδοσ  
πόδες τοῦ Γεραία, discimus hos libros, priores hos  
saltēm duos, tempore Marcomanicæ expeditio-  
nis in Pannoniā scriptos esse. Prioris, an posterio-  
ris expeditionis tempore, cui fortissimus Impera-  
tor immortuus est, non hinc constat. Sed cū  
Faustinæ uxoris suæ tum lib. I. ut viventia tum  
verò lib. 9. c. 3. ut prægnantia, (nisi γεννᾶσ, &  
γεννᾶσ illa dici quis malit, quod ego non  
probo) meminerit: ad priorem referenda cū  
necessariò sequitur.

## Notæ in LIB. 3.

Pag. 45. lin. 21. τὰ προφανόμενα διαθέσω.]  
τὰ προφ. δι. non quod expressit Xylander,  
scujus versionem tum hic, tum alibi vitiosam,  
non corrigimus, quod in Notis verba pluribus  
explicare

explicare propositum haberemus; sed, tās προ-  
άνθετος καὶ τὰς ἴννεις ἐξελέγεν καὶ σφραγίζεν τοῖς  
δότι μέρεσι: praeconcepas notiones, & parla-  
cias, seu visa oblata, ex rei veritate, & habita  
ratione circumstantiarum, personæ, loci, tempo-  
ris, aliarum, examinare & expendere. Fusè &  
doctè rem & verbum explicat Arrianus in Epi-  
ctetum lib. 2. cap. 17. Seneca de Benef. lib. 2. c. 26.  
Nihil per se quenquam decet: refert quid, cui, qua-  
ndo, quare, ubi, &cetera, sine quibus facti ratio  
non constabit.

Pag. 47. l. 18. τάθος καὶ ἔρωτας] Et si hanc le-  
ctionem securus sum in versione, puto tamē  
Antoninum non ἔρωτα, sed ἔρωτα scripsisse.  
Ita quoque vulgo, σέγησιν τὰ παρόντα, vel, τὰ  
γνόμενα dicimus, quæ πάθεις, & φυσικῆς εὐσεβεῖς  
vox est.

Ibid. l. 24. τὸ χρώματος ἐπαρρέστων] Malim,  
καὶ τὸ χρώματος ἐπαρρέστων. quod id unaquaque re  
pro statis & natura ratione pari modo venuitum.  
Vel certè τό, καὶ ita accipiendum, ut idem valeat  
ac, καὶ τότε οὐκοῦ: quod præferendum puto. Nam  
alioqui formosi pueri mentio prorsus ἀπρόσδι-  
κτος, & huic loco non apta; cum id agat Antoninus, ut in iis etiam quæ vulgo deformia, aut  
aspectu terribilia, naturalem inesse pulchritudi-  
nem doceat. An scripsit Antoninus fortasse, τοῖς  
ἰαύλοῖς, pro τοῖς αὐλοῖς: iisdem oculis, quibus, &c.

P. 49. l. 18. 19. τὸ χρήσι. τῷ ἀγρ. οὐ περίεστ] τό,  
περίεστ, ad animæ immortalitatem, quod Xylan-  
dri in versione, minimè pertinere puto. Aliud  
enīm suadent tam præcedentia, si quis attente  
consideret, tum sequentia verba. Optima sen-  
tentia, si levī corrections faciamus, ἐσφ αφέσσι:  
quanto

quanto quod servit est excellētiss. Est enim hoc  
mēns & geniū; illud autem, &c. Cūm autem, τὸ  
προσῆσσι, diversa significet, nec sine ratione factum  
putem, quod Antoninus loco τῷ, δῶν κρίτων,  
quod magis obviam erat, τὸ, δῶν θεῖσσι, malue-  
rit, subtilius aliquid allud præter id quod ex-  
pressimus in animo eum habuisse facile credide-  
rim. Sed nos quod simplicissimum videbatur in-  
dicasse contenti, siquid aliud præterea latet oc-  
cultum, id aliis explorandum cogitandumque li-  
benter relinquimus.

Ibid. l.23. Ητα γαρ ἀλλα ἔργα σέην] Scribe,  
τῆτος οὐ, ἀλλα ἔργα σέην. Non omnem in hoc  
generi, de aliquorum seu factis seu dictis, curiosita-  
tem sibi interdiebat Antoninus, sed hac primū exceptione, cūm publici commode nihil interesset  
præterea, cūm ab alio quod magis expedit &  
προφέγγιατο γέγονε, menem avocat. Quare bea-  
tus Chrysostomus, acerrimus aliquā τῆς πολυ-  
προφητουσίας & ἀλλοτριων γέγονες censor, est ca-  
men ubi commendare videatur, & illos increpare,  
qui sua se solum carare velle profitebantur. Μὴ  
δέ μα εἰπεῖν τὸ πῆμα λέγε, τὸ πολλής γέμος  
δραχμαῖς τί δέ μοι μέλει, τὰ ἐμάτη μεσφυγῆς  
τότε γάρ μάλιστα μεσφαίστεις ταῦ σα, ὅτα τὸ  
οὐκ ζετεῖς εἰ παῦ τὴ πλούτου συμφέρειται. Eos  
autem illoquitur qui ruentibus in peccatum  
quodcumque, obicem, quaevunque poterant, non  
posiebant. Non igitur Antonino vitio verendum  
quasi parum instituti sui memori, quod in vita  
ejus, fama sua cum curiosissimum fuisse, scriptores  
antiqui memorie prodiderunt. Non enim tam  
quid fecerit, quam quorsum fecerit; si verè ju-  
dicate volumus, spectare debemus. Quorsum au-  
tem

tem ille? ipsos audiamus: Erat fama sua curiosissimus, & requirens ad verum, quid quisque de se dicere, emendans que bene reprobensa viderentur. Jul. Capitol. in vita Marci.

P. 51. l. 10. ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων] Hęc & quæ in eandem sententiam alibi apud Anton. non uno loco, accuratè expendimus & explicamus in Diatriba de Theosebio; quam, sūm θεῶ, primo quoque tempore publicabimus.

Ibid. l. 15. χρόμ. καὶ τὸ ἔνδον ἴδευμένῳ δῆται] Jam suprà, lib. 2. c. 11. πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἔστιν δάιμονι τῷ, &c. & infrà, hoc lib. c. 6. τῷ ἴδευμένῳ εἰς τοις δάιμονις. Sed quia sēpius hęc vox in his libris occurrit, de re semel dicata. Δάιμονις nōtio (quæ quidem huc pertineat) apud veteres duplex. Ponitur aliquando pro animo, sive ut Aristoteles II. de Gener. Anim. c. 3. loquitur, τῇ θύρᾳντεν νῦν; quem χαρεῖσθν, ἀμηγῆν, καὶ ἀτεβῆν, recte sancit alibi Antonius ipse exp̄fse, lib. 5. c. 19. ὁ δάιμον, ὁ ἐκάστῳ περιτάτην καὶ ἵγειρα ὁ Ζεὺς τελώνευ ἀπόσπασμα ἔστιν· δύτις δέ εστιν ὁ ἐκάστη νῦν καὶ λόγος. Apuleius, De Deo Socr. Quodam significatu δάιμον animus humanus etiam nunc in corpore suis, δάιμον nancipatur: & ibid. mox, Eum nostrā lingua, ut ego interpretor, bānd stiam an bono, certè quidem m̄co periculō (at qui non primus Apuleius animū humanū sic iadigitavit) poteris Genium vocare: quod is Deus, qui est animus sui cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodam modo cum homine gignitur. Seneca quoque, mens, animus, ratio, Divini pars spiritus; & interdum, Deus: ut & Antonino, lib. 12. c. 21. Et hęc quidem de animi humani naturā generatim dicuntur. At videtur interdum Seneca cūm de

de animo, ut Deo, vel Divino loquitur, ad bonum  
animos hominesque restringere: ut Epist. 41. in-  
stid: & Epistolis 31. & 73. extremitate. Hactenus  
de primâ verbi notione. Secundâ notione, dæm-  
onius accipitur pro Angelo (cur enim abstineam  
voce, quam si non veteres, hoc sensu, pro bono  
dæmonie scilicet; at posteriores, Aristides, Por-  
phyrius, Simplicius, aliquique non pauci scripto-  
res usurparunt Philosophi?) cuique homini assig-  
nato, ut custode & vita praefide. Sed audiamus  
iterum Apuleium & Ex hac sublimiori Demonum  
copiâ Plato autumat singulis hominibus in vita  
agenda testes & custodes singulos additos, qui nemini  
cōspicni semper adsint arbitri omniū non modo affec-  
tū, verū etiam cogitatorum. An de illis separatis  
Seneca sit intelligendus, tum alibi, tum Ep. 41.  
Sacer intra nos spirūus sedet, (Id quālis, Antonino)  
malorum, bonorumque nostrorum observator & cu-  
stos: bic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tra-  
ctat: an verò illos, ut & Antoninus interdum,  
cum animo confundat; non certò dixerim. Ar-  
• Epist. 110. disertè meminit geniis, qui diversus  
ab animo; sic tamen ut planè non affirmet. Sed  
ipsius præstat audire: Sepone in præsentia qua qui-  
busdam placent: Unicuique nostrorum pædagogūm  
dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc infe-  
rioris notæ, ex eorum numero, quæ Ovidius ait, de  
plebe Deos. Ita tamen hoc seponas volo, ut memin-  
tis majores nostros qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse.  
Singulis enim & geniis & funonem dederunt.

P. 53. l. 3. οὐ γαρ ἐκ νεροῦ μοῖρα σωτηρίας.] Id,  
opinor, vult Antoninus, cuiusque μοῖρα, non ex  
iis tantum constare, quæ sunt ανθρακίτοις re-  
μόκηρο, (ut alibi loquitur) i. e. quæ mera fact  
necessitate

necessitate, nulla nostra culpâ merito re contingunt; sed partim ab arbitrii libertate pendere, & ex eo partim quasi confundi. Plutarchum lege de Plac. Philosophorum, lib. i. c. 27. *Περὶ σιγῆς οὐδὲ παραπλήσιον*. Sed & Antoninum, lib. 5. c. ultimo. Ceterè, fatum omnes afflerebant Stoici: at in faci explicatione, longè alia erat eorum doctrina, quam quæ vulgo illis adscribitur. Quis nescit Epictetum, Stoicæ Philosophiæ magnum decus & præsidium, hoc doctrinæ suæ fundamentum primum, ac propè unicum ponere, opiniones, appetitiones, actiones, τῶν ἐν ἡμῖν εἶναι, in quæ nulli exteraz vi aut imperio potestas sit? Sed quid Epictetum nomen, cum non aliud, quod studiosius aut frequentius inculcere quicunque Stoicæ philosophiæ præcepta tradiderunt. Quis insolentissimas, insanissimas super hanc voluntatis potestate & independentia jactationes in Stoicoru scriptis sepius occurrentes non observavit? Est aliquid, inquit Seneca, quo sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio, non suo, sapiens est. Ecce res magna, babere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. Incredibilis vis est philosophia, &c. Nec semel dixisse contentus, iterat alibi non uno loco. Quod pertinet quod preces, rem stultam & inanem idem sancit. Facio rem optimam & tibi salutarem, sive scribis perseveras ire ad bonam mentem: quam solum est opere, cum possis à te impetrare. Non sunt ad cœlum elevanda manus, &c. Epist. 41. Sed & Catoni, laudatissimo illi Stoico, Diis gratias agi, rebus bene gestis, non placet, ne quid virtuti de debita lande decederet: quæ de re, videat, qui voler, epistolam ejus, ad Ciceronem perscriptam, quæ Epist. Cicero. ad Famij.

Faras. lib. 15. extat. Epistola denique apud Aris-  
 totelem, lib. 1. c. 17. pronuntiare non veretur, si  
 libera iurisque sui non esset hominum voluntas,  
 'Οὐκέτι ἀνὴρ θεός, ἀλλ' ἐπικολότες οὐκέτι θεός. Μή  
 τρέπετο. Scio jam olim hoc illis objecsum, tolle-  
 re eos τὸ δύλεγμα, & eadem operā virtutis, &  
 vitiī discriminēt omne tollere & confundere: Sed  
 eos suis scriptis & rebus ipsis hanc calumniam  
 fūlē refutasse, scio quoque. Quasi verò non &  
 Aristotelei, quo nemo τὸ ἐργὸν ιμίν νεφοσιùs aut  
 constantius afferuit, id obiectum, cum fate & ne-  
 cessitati omnia tribuere: Quia autem ab Aristote-  
 le Ethic. l. 3. ut τὸ ἐργὸν ιμίν afferat, fūlē disputātur  
 ea contra. S: oicos ab illo disputari, non tam pro-  
 batu facile, quām facile à quib[us]dam nullā. quod  
 sciām ego, ratione nixis afferitur. Quare vulgi er-  
 roribus (quo tamen in errore doctos etiam non  
 paucos versari mirer) hanc de fato Stoico, quod  
 homines in truncos stipitesque converterat, opinio-  
 nem accensendam judico. Quod si in explicanda  
 τῇ σολεῖσθαι καὶ τῆς σιμαιότερης concordia se non  
 expidicerūt Stoici, Chrysippus aliive, & doctrinā  
 suam dum hinc fato, ne quid providentia decedat,  
 omnia submittunt; inde libertati arbitrii, ne quid  
 virtuti, pari studio tuūt, inexericabilibus cōtra ad-  
 ditionibus involverunt, non est in re tam abstrusa  
 quod id sinatur, nec id solis accidit Stoicis. No-  
 tanda de Chrysip. verba Ciceron. *As mibi videantur*  
*cum duæ sententiae fuissent veterum philosophorum,*  
*una eorum qui censerent, omnia ita fato fieri, ut id*  
*fatum viis necessitatis affaret; in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles sicut et*  
*alii eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse*  
*animorum motus voluntarii: Chrysippus tanquam bono-*

temerarius arbitrio medium ferire (alii libri, medium se ferre, melius) voluisse: sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animos (scribo, animi) liberatos volunt. Dum autem verbis utitur fuis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati conformet invitus. Antoninus autem, Steicus, & constans alioqui liberæ voluntatis assertor; (vide vel lib. VIII. c. 41. & lib. X. cap. 30. 31.) ab isto tamen eorum furore, & impia superbiloquentia quantum abfuerit, ex lib. I. c. 14. & lib. IX. c. 35. quo de precibus agit, & Divino ad adipiscendas virtutes auxilio, abundè colligas. Ad hanc de fato disputationem pertinet quod vetus nescio quis Poeta Latinus pridem dixerat, *Fabrum esse sua quemque fortunæ;* cuius dicti cum aliis veteres meminere, tunc præter alios insigni loco Salustius, aut quisquis verus auctor orationis, De repub. ordinanda, ad Cæfarem. Quod magis dolendum, tam insignem locum ineptissimam & insulfissimam glossâ deformatum ita vulgo legi, ut à paucis intelligi putem. Ait ille; *Antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono dare, item alia que per mortales avidè expiuntur: quia & apud indignos s'ape erant, quasi per libidinem data;* neque ciuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse quod in carminibus Appius ait; *Fabrum esse sua quemque fortunæ.* Imperiti homines, qui non intelligebant, obtinebat, posicium esse pro, opinio obtinebat; sive, vulgo credebatur; cùm aliquid deesse persuasum haberent, ex ingenio quod maximè probabile visum, suppleverunt, duebus his verbis, *Pop. Romanus,* iactio præpositis: quæ duo verba clarissimam alioquin & illustrissimam sententiam tenebris plusquam Cimmeriis involve-

Yunt. Plinie & illa quartundam editionem fallissimam  
& insulsissimam interpellatio, Populus Romanae  
antea obtinebat regna atque imperia: (fallor ut  
Tacitum cogitatabant, qui primi Itali distinxerent, etu-  
jus hoc initium; Urben Romanum a principio reges  
habuere) fortunatum hunc dare, &c. Quare non  
nullum, si mendis scatere hoc exordium quæsti-  
funt nonnulli. Comparetur hoc initium cum Bel-  
li Jugurthini præclarissima illa & lectu dignissi-  
ma prefatione, & eandem utrobiique materia, t.  
(falsius illuc, brevius hic, tractatam) Eundem, ini-  
tiallo rego, genitum scriptoris utrobiisque depre-  
hender, quisquis attentus segetur.

P. 57. l. 18, 19. τὸν κεκλαδούσιν οὐκέτι πάρεστι. ]  
Cum akēdæs & akēdæs<sup>θ</sup> voces in vulgus  
infantes fuerint, postremè vilitatis hominibus ob-  
jecti solitæ; quas nemo, non prostituti pudoris &  
diktoveronu<sup>θ</sup>, libenter admittat: hinc, ni fallor,  
ansam accipit Antoninus de te ipsa disputandi,  
ut si rem potius ipsam, (quod sapientis est) quam  
verba moramur, quid enicendum sit, ne nobis hac  
probra competant, intelligamus. De voce ἀκό-  
λαθ<sup>θ</sup>, A. Gellius in Noct. Atticis: que vera  
autem καλαθος, in Phædone Plato consulendus.

P. 59. l. 4. εὐτη γὰς ἀποφλοία<sup>τ</sup> ] Vix do-  
ctissimi malueret, αποφλοία<sup>τ</sup>, αποφλοία<sup>τ</sup>; i.  
quam δαρεγνωία<sup>τ</sup>, απεγνίτω. Ita vir summus  
vulgata Lexica sequitus, in inestimabili The-  
sauro, ubi Diogenes Laertius laudatur in Ze-  
nione. At in Diogenis editionibus quibus usus  
ego sum, etiam Stephanicæ, anni 1570. non in  
Zenione tantum, sed & in Pyrrhone, ubi vox  
iterum occurrit, non ἀπεγνίτω. sed ἀπεγνίτω. ex-  
clusu reperio. Sed & ita debere scribi liquet ex  
Stobæi

Sobocii Ethicis, ubi tñ, περιπτίκη, τογή μετα-  
ίλεις, (peccunè hæc in Genevenis quâ utor e-  
ditione, sunt confusa, & ab interprete Latino  
prætermisso) περιπτίδεως exposit: & ne quis  
tibi περιπτίκη, proclivi in verbis tam affini-  
bus errose, reponendum censeat, opportunè τί,  
περιπτή, mox additur, ut ab eadē origine; cu-  
ja verbi tam constans scriptura est, quam certa  
derivatione. Semel hic monendum putavi; quia  
vox non semel in his libris occurrit. De hac autem  
ἀπερπλωτική & ἀμέλαπλωτη θεσίμην νε-  
ucas Stoicorum quorundam περιπτίδεως,  
multis iam olim exagitatas, apud Plutarchum re-  
perire est non uno loco.

P. 61. l. 14. τῆ κατ' αἰχίαν συλλογάζουσα] Ver-  
e, Sennæ autem in rebus mediis & indifferentibus,  
nisi quæque pro causisque dignitate plus minusve  
fieri concerbo: vel, in rebus mediis quanti quaque  
sunt, uero, quoniam ejus possum, estimatione perpendo.  
Spectant hæc ad doctrinam τῶν ἀδιαφόρων, &  
celebrem illam, τῶν περιηγήσαρ, & ἀποτεγμ-  
nūtar distinctionem. Sed in genere, prima, se-  
condum Aristonem Chium, moralis philosophie  
pas hæc est, inspeccio suum cuique distribuens &  
dimens quanto quidque dignum fit: teste Seneca,  
Epist. 89. Idem ibidem: imperius ex dignitate rei  
causisque concipatur, perinde remissus ac rörue, pro-  
uilla digea estipeti. In superiori lin. Κύνως, non  
ταῦτα, in utraque Xyl. (quod & à veteribus  
ignoscitur) editione.

Ibid. l. 18. καὶ μετὰ παρεμπόρουμα] Fons, παρεμπόρουμ, vel παρεμπορεύομαι: aut certè al-  
iquid verbum (ut passim solet) à παρενθίδημ  
puta, παρεμπάνω, παρεμπέρα, aut. tali aliquo,  
Ec 2 quod

quod incipiebat à præpositione φόρῳ, flexum  
excidit. Vir Cl. Patricius Junius nihil deesse, seculi  
τὸ δὲ οὐεγῆς, τὸ κανένα supplendum censebat.

Ibid. l. 19. ἐάν τέτο σωδίπλης] Scribe, ἐάν τέτο  
σωδίπλης: si illi adhæreas: vel, si αρταξεῖς  
(Græcā notionē, ut apud Ciceronem sæpe) εἰπεῖς  
illo pendcas. Prox. lin. παρέση, lege.

P.63. l.18. Σῶμα, ψυχὴ, νῦν:] Corpus, anima et  
mens: quorum verborum versio nescio quo casu  
etiam à Xylandro præterita.

## Note in LIB. 4.

**P**Ag. 67. lin. 10. πρὸς τὰ μηδέποτε μεθικά  
[τοτεῖαιρέσεως] In rebus mediis extrinquisque  
squas alioquin indifferentes, id est, neque bona: ne  
verè neque malas asserebant) hoc discriminem ad-  
mittebant Stoici, ut alias p̄ix aliis optare sapienti-  
ti cuivis, & eligere licet: sed tamen hac (quod autem  
quicquid optaretur, incertus esset eventus) con-  
ditione, ut omnis in hoc genere optio, omni-  
δομὴ & αφορμὴ, cum præviâ exceptione suscipi-  
etur: nempe, ut si aliter lex fati requireret, quoque  
illi magis gratum, id & nobis, καὶ διύλεροι  
πλὴν, esset acceptius eo, quod initio, re adhuc  
integra, proposueramus. Quare cum libertate non  
optandi relinquerent etiam sapienti, nihil tamen  
invito illi, hac exceptione munito, accidere posse  
tuebantur. Epictetus, Enchir. cap. VII. μόνη ταῦ  
δεμάρτι καὶ αφορμάρτι χρῶ, καφας μέντος καὶ μεθικής  
τοτεῖαιρέσεως, καὶ ανεμένως. Mirum in hujus  
vocis τοτεῖαιρέσεως explicatione Simplicie  
doctil.

doctissimo Philosopho, oculos adeò caligasse.  
 Nam auctorem Notarum in Epictetum, quæ  
 Lugd. Batav. haud ita pridem sunt excusæ, cœ-  
 cam ducem ἀβασιάλιστον tanquam omnia ex tri-  
 pode loquentem sequi, minus miror. Ut tamen  
 & imperitis consulamus, Senecam Simplicio,  
 philosopho philosophum, Latinum Græco, in  
 Græcæ vocis expositione, non pigebit opponere.  
*Non mutat* (inquit ille) *sapiens consilium, &c. ad*  
*omnia cum Exceptione veniet, Si nihil incidenterit*  
*quod impedit: id est omnia illi succedere dicimus, Cr*  
*nihil contra opinionem accidere, quia præsumit ani-*  
*mo, posse aliquid intervenire, quod destinata prohi-*  
*beat:* De Benef. lib. IV. cap. 34. Antoninus rem  
 vocemque pluribus inculcat locis, ut vel eo no-  
 mine semel accuratiū explicare debuerimus.

P. 69. l. 10. πᾶσαν ἀύτην ἀποκλύσω. ] B. m.  
 piren̄ in Persum ex occasione hunc Antonini  
 locum citans, ex antedictis sive supplet, sive corri-  
 git, (ad rem enim parum intereat) πᾶσαν φυ-  
 χὴν ἀποκλύσω. Est sancte ante aliquot lineas  
 vox φυχὴ: quam tamen remotiorem esse, quam  
 ut commode subaudiri hic possit, verborum se-  
 rie syntaxique benè considerata, judico. Ego  
 persuasum habeo Antoninum scripsisse, πᾶσαν  
 ἀύτην ἀποκλεῖσαι. Qui norunt ejas vocis (ἀύτην  
 intelligo) apud Poetas celeberrimos usum fre-  
 quentissimum, ne cogitari quidem vocem aliata  
 Antonini scopo magis aptam, (Ὥρευθον alii dicunt  
 in eandem sententiam, tritiore vulgo verbo) fate-  
 buntur. Γελάνην ei opponit alibi. Vide notata in  
 p. 181. l. 7. ubi & de verbo ἀποκλεῖσαι. Apud  
 Plut. φεὶ ζυδυμ. fortunæ sapientias his verbis (nec  
 alia magis nostram correctionem confirmant)

oppedit: Προκαλείαντις σε, ἢ τύχη, καὶ πάθεια  
τὴν σὺν αὐθίρναις παρέσθυσο, οὐ μοχλοῖς οὐδὲ  
χλεοῖς, οὐδὲ τέχεσσι, εἰλλαὶ δόγμασι καὶ λέ-  
γοις.

P. 71. l. 4. τῶν ἐφ' ἡμῖν δοκούστων] Fortasse,  
τῶν ἡμῖν δοκούστων: quod videtur Xylander in  
versione sequutus. Vel, τῶν εὐδοκούστων: qui  
opinione virtutis & hominum predicatione celebres.  
Confer cum c. 25. lib. 5. ubi τὸ εὐρετάβλιτον  
& εὐδοκεῖσθαι. Sed præstat fortasse nihil mutare:  
& τὰ ἐφ' ἡμῖν hic, ut apud Epict. c. 1. que  
sunt in nostra potestate; appetitiones nimium, &  
opiniones, & id genus alia, quæ quanquam no-  
strī juris esse sentiant philosophi Stoici, iidem ta-  
men, nisi magna cautio & assidua cura adhibe-  
atur, facile corrupti, & extra veri metas abcipi  
pronuntiant.

P. 73. l. 14 σύγκειτος ἐκ τῶν ἀ. τοι.] Scr.  
σύγκειτος καὶ διάκειται, ἐκ τῶν ἀντῶν, &c. Si  
mīlis terminatō vocū (quod oscitantur scri-  
barum perpetuum. Nam sicut) alteri carum suic  
extrudendae. De re, vide Plutarchum, De plac.  
philos. l. 2. c. ult. Περὶ φύσεως.

P. 75. l. 16. 17. τῆς βασιλ. καὶ ναυαρ. Λόγοι] Non absurdā per se Xylandri versio, qui ad τὸ  
ὑγμονικόν, toties in his libris, sed nūquā tam  
men syntaxi Ἰνδοῦ, repetitum: (quod & Se-  
neca, Regium principale: & Salustio, Dux &  
Imperator vita;) mentem scilicet, refert. Non  
absurdā, dico, per se; sed falsā tamē, & à verbis  
Græcis alienā: quæ ita potius verteada; ut id  
tantum agas, quod regie & legislativa artis ratio  
suggerat ad utilitatēs hominum. necessariè enim  
subaudiēda vox, τέχνη. Λόγοι τῆς τέχνης, lo-  
cūcio

quio alibi quoque Antoniniana; ut lib. 6. c. 26.  
 οὐδεὶς δικαῖος εἰτε τέχνη σεντὶ Socrati<sup>co</sup>, quid  
 si, discas ex Xenophonte, Memor. lib. 4. ubi ista  
 legas: Ὡν. δίκαιος, εἰ Εὐδύμη, ταῦτα τὰς  
 ἀρετὰς ἀρίστους, δι' οὐδὲν αὐθεωποι πολιτικὸς γύ-  
 γνωμόν τις καὶ αὐχαροστοκός, καὶ ἀρχὴν ἵκανος, καὶ αφε-  
 μένη τοις ταῖς αἱρέσεις αὐθεωποις, καὶ σαυτοῖς; &  
 ποσ; οὐδὲ δύσα, τὰς καλλίστης ἀρετὰς καὶ μεγίστης  
 ἀρετὰς τέχνης. Εἴ τοι ταῦτα βασιλέων αὐτοῖς, καὶ  
 ταλεῖται βασιλική. Socrati igitur, τέχνη βασι-  
 λική, est prudentia civilis; quae benefacere, &  
 prodere quamplurimis, ut præcipuum scopum  
 suum sapientiae sapientia sibi proponat. Ratio appell-  
 lationis, quam Xenophon indicat, sed non expli-  
 cit, ex Aristotele reddipotest huc; οὐτε βασιλεῖ-  
 ται τὰς βασιλευομένους φιλία εἰν τοῖς εὐερ-  
 γετοῖς. Εὐ χάρη τοῖς τὰς βασιλευομένους, &c.  
 Eibid. L VIII. Item ex Cicerone, At mibi qui-  
 dem videntur bres omnia esse referenda ab iis qui  
 praesunt aliis, ut ei qui eorum in imperio erunt sine  
 quam beatissimi, &c. & ibid. mox, Est autem non  
 modo ejus qui sociis & civibus, sed etiam ejus qui  
 servis, qui mutuū pecunib[us] præst[er]it, corum quibus  
 præst[er]it commodis utilitatique servire: Epist. ad  
 Q. F. lib. 1. Ep. 1. Ut non sine causa maxima  
 Reges, Εὐεργέται sint à pluribus oīm nominatai,  
 ut ex Regum Rege, Christo, Lp. 22. v. 25.  
 dicimus. Quod spectat & illud Terentii Poetæ, in  
 Phormione, Imo etiam nemo sat' pro merito grati-  
 am Regi refert. Sed & illud Antisthenis, ab An-  
 tonioq[ue] nostro libro septimo laudatum, βασιλικὸν  
 μὲν εὐεργέτηκυ κακὸς δὲ ἀκεκίν. Nec aliò cre-  
 diderim Sancum quoque Jacobum (ut cunque  
 aliter exponi vulgo non ignorem) spectasse,

ēūm præceptum τῆς ἀγέλης, βασιλεὺς τόμος  
indigitat. Νομοθέτην porrò vocat Antoninus  
hanc τέχνην, vel metaphoricè, quod ut nō νομο-  
θέτην, civilis omnis prudentiæ (ἀρχη τεχνοτοπίας  
φέμοις) idè vocat Aristoteles; apex est supre-  
mus; ita & beneficentia, virtutum omnia mora-  
rialium: vel proprie, & ad etymologiam verbi  
alludens, quia bonitas & beneficentia suprema  
quædam lex est, (dignus Chrysostomi locus, qui  
hic legatur, quem inter testimonia initio libri  
præfixa, postremum reperies: Τοῦτο καρδιά,  
&c.) quæ tanquam vita modiperatrix, leges a-  
liis virtutibus imponit omnibus, & nullā autem  
accipit. Hinc illa τῆς ἀγέλης in Sacris Scriptu-  
ris notissima & præstantissima elogia; Rom. 13.  
& primæ ad Corinth. c. 13. alibique. Sed nec il-  
lud Lectorem celavero, τέχνην βασιλεύην, de  
qua non pauca diximus in superioribus, alio quo-  
que sensu (de quo non hic quæreadi locus) in  
Xenoph. Memor. l. 2. videri possum; pro tole-  
rantiaz temperantiazque disciplinâ scilicet: aut  
ceterè, pro morali, generatim, philosophiâ.

P. 77. l. 3. τὸν λόγον δύο τὸν σπεργαλίκην:]  
Λόγοι σπεργαλίκοι (quorum tam obscurus in-  
tellectus, quam frequens apud eos mentio) sub  
duplici apud veteres notione capiuntur. Nam  
vel Deo, vel rebus creatis tribuiuntur. Cum Deo,  
parum differunt à decantatissimis illis Ideis Pla-  
tonicis. Sunt enim certæ quædam in Divinâ  
mente mundum & quicquid in mundo futurum,  
secum id est, cum Ratione, quondam, simul &  
semel, irrevocabili lege concipiente, descriptæ  
futurarum rerum formæ, notiones & potentiaz,  
immutabiles, æternas, ortum omnium tempo-  
ralium,

talium, & eventuum causis & origines. Antonius ipse disertissime, nec alibi tam plenè defini-  
 tos invenias, lib. 9. c. primo, postremis verbis.  
 Λόγοι σπερματικοὶ quo sensu rebus creatis tribu-  
 antur, dilucidissimè exponit Origenes, apud Hi-  
 eron. Epist. ad Pammachium, his verbis; *Est*  
*singulis seminibus ratio quadam à Deo artifice insi-*  
*ta, quæ futuras materias in medulla principiis te-*  
*net. Et quomodo tanta arboris magnitudo, truncus,*  
*rāmis, poma, folia non videntur in semine; sunt ta-*  
*men in ratione seminis, quam Græci στιρψίσιδη*  
*vocant, & in grano frumenti, &c. sic & in ratione*  
*humana corporum, &c. Seneca Nat. Quæst.*  
*lib. 3. c. 29. Ut in semine omnis futuri hominis ratio*  
*comprehensa est, & legem barbae & canorum, nondum*  
*natus infans babet, totius enim corporis et sequentie*  
*etatis tē parvo occultoque lineamenta sunt; sic ori-*  
*go mundi; & cetera, quæ jam suprà, ad Aurel.*  
*Victoris de Antonino testimonium operi pre-*  
*fixum. Interdum λόγοι absolute, pro λόγῳ*  
*σπερματικοῖς. Hinc Plotinus 2. Ennead. 12. Ο*  
*ὐθράπτῳ, ἐκ τῷ λόγῳ τῷ αὐθράπτῳ γίνεται. In-*  
*terdum, σπέρμα καὶ λόγοι, pro, σπερματ. λόγοι.*  
 Timæus Locrus, in antiquissimo, tantique ab  
 antiquis estimato, de Anima mundi scripto: τῷ  
 δὲ σάματῳ αρχαὶ μὲν καὶ ρίζαι μυέλω σίμεν  
 ἑγκέφαλον, ἐκ τοῦ δὲ πυρετοῦ απὸ τούτῳ από-  
 γιγνεται ρεὶ διὰ τῶν γαλλῶν σπονδύλων τὸ λοιπόν. ἐξ  
 φύσει σπέρμα καὶ λόγοι μαζεύεται. Ita antiquissime  
 Platonis editiones: & qui conferat, (ut  
 quæ jam à nobis allata raseamus) cum iis quæ  
 Diog. Laer. in Zenone, τῷ σπερματῳ πίει,  
 (quæ viro doctiss. & de his literis optime me-  
 rito, Justo Lipsio, Physiol. Stoicæ lib. 2. c. 6.  
 frustra

frustra suspecta, quia non intellectus, sicutur hinc res habere intelligens. At qui recensiores Platonis editiones accurarunt, cum non intellectus generis, squalia multa in opinione suorum filiorum, utinam non & factis, ex ignorantia passim commixtiorum. τὸ λέγον μεταρυθμόν γάρ εἰ αὐτός καὶ γένεται οὐδείς. Sed & Stoici in eodem tempore illa anima humanae distributione, de qua D. Lactius in vita Zenonis, propriam quandam seu partem, seu facultatem anima, περιπλανήτην λέγον indigitabant. Antoninus autem cum sum hic, tum posthac aliquoties, στοιχεῖον λόγων cum dicit, priori notione accipit; in quos omnia scilicet, ipsa etiam clementia, per hanc rationem, ex Stoicorum doctrinā, fuit alio quando resolvenda. Ceterum, qui quae in scriptis scripsant de rerum opinione tam per λέγον, θεοφοροῦσι, Gen. i. quāδην ἐπιώντι δε τοσαντούριον. creatione: tunc in eundem λέγον (Ephes. i. 10. alibique) στοιχειαλατόνες, cogitantibus; non est quia manifestas vestre lucis strictritas & vestigia non obscura in στοιχείον his antiquorum λόγων deprehendat. Exponde & Sancti Petri verba II. Epist. III. 5. 6. 7. sed ut scripta sunt ab illo Grati, monaco, & à Græcis scriptoribus exposita; non ut à multis versa & exposita. Exponde, inquit, & confer cum Die. Lactili verbis in Zenone, de λόγῳ Θεῷ, στοιχείῳ τῶν πάντων; & de στοιχειώσι λόγων, in aquis residentibus, & ex aquis generantibus. Sed & alia ratione Dei λόγος περιφοράς, στοιχεῖον, unde & στοιχεῖον hac quoque ratione non malè dici possit, ab Isaia propheta, c. 5. v. 10. II. comparatur.

Ibid.

Ibid. l. c. 6. Eulæs p. πρόγονος θεός αὐτοῖς p. I. Notum illud Aristoteles 1. Politic. n. θεός, n. θεῖος; cuius interpretatio ab ipso petenda. Et Antoninum respicere, certum est. An vero Dei appellatio ad Imperatorum solennem post mortem. *Sacerdos*, an ad divinos, etiam viventibus, honores hanc raro tribui solitos, referri debeat, incertum mihi est. Ad apotheosam si referas, hanc assimile profus illud Tertulliani, *Taces quod ita tides adhuc homines agebant, ut cuiuslibet novi viri aspectu quasi divino commoverentur, cum bodiè jam puliri, quos ante paucos dies lastik publico mortuos sicut confessi, in Deos consecrarent: Apologet. c. x.* Sed præstat forsan deo hic, hyperbolice capere, ut apud Terent. *Facio te apud illum Denas virtutes scanno: ut non aliud hic velut Antoninum, quam quod istis alibi, dñe dñi intercessores iudei nū se, τάχα ίέζος.* lib. 9. c. 25. Quiequid hujus si, Antoninum his verbis vulgo judiciorum temeritatem & inconstantiam exprobare voluisse; & si contra detestores, & publicæ, si quando, famæ iniquitatem munire, minimè dubitandum est. Certe, quam perum aqua quorumdam de Antonino nostro judicia fuerint, ut Cassii convictia omittam, testis in ejus *Vitâ Capitolioum*; in his; *Sare quia durus ex philosophia institutione Marcus ad militie labores, etque ad omnē vitam, graviter carpebat: sed male loquacium dictis, vel literis, vel sermone respondebat.* Antonini verba enim ex his Attiani clariora; ‘Οφει εών, ὅτι χρεαστέον εί δαι γενέδαι’ τύπο τὸ ζεν α, οὐ ταύτες καλαγελῶντι, ταῦτα ἀει δέλος δίκαιαν τῷ συντε διομάτης ποιῶνται’ in Epist. lib. I. c. II. In his Attiani verbis obiter obser-

observabis, Scholastici titulum, qui alias, ut plurimum, cultioris sermonis & multiplicis eruditio[n]is, (ut ante[dictum] dicebatur) elogium continebat; interdum iis quoque tribui solitum, qui sola vitæ austeroris, & à vulgari consuetudine remotissimæ disciplinæ differebant à ceteris quales qui non uno loco describuntur à Platone genuini philosophi. De iis quale vulgi judicium fuit, ex Epicteto discas amplè, Enchir. c. 29.

P. 79. l. 2. τὴν φυσικὴν δόσιν] Virtutem, & quicquid laudabile, Dei, seu naturæ munus esse, et si fuere qui negarent, laudatissimi tamen agnovere philosophi: Homero, philosophorum Apolline, non uno loco succinente; aut potius præcincte. Multa passim in his libris, quæ Antoninum nostrum in eandem sententiam (Stoicis alioquin dogmatibus contrariam) propendisse fidem faciant. Ita φυσικὴν δόσιν exponere hic possumus. Fateor tamen pridem suspicatum esse me, pro φυσ. δόσιν, φυσικὴν δεῖξη legendum esse; ut id dicat Antoninus, τὸν ἔπαιρον, si quis ex rei naturâ pronuntiet, aut ex naturâ petitis argumentationibus uti velit, aliud nihil esse (quod iterat sibi) quam καθόλη γλωσσῶν. Οἰκονομίæ in præcedentibus verbis quid valeat si dubitas, intelliges si consulas quæ in p. 311. l. 13. 14. sed & 129. l. 23. notamus.

Ibid. l. 18. ὀπήδιαμονὴν μεταβολὴν] Placeret, si & aliis, scribi, ἡ τεταύ μετὰ πόσην τινὰ ὀπήδιαμονὴν μεταβολὴν. Ut sepulta corpora, seu cadavera, postquam aliquandiu integra permanere, mox in terram ceteraque elementa resoluta, cadaveribus aliis loco cedunt; ita animæ, &c. ταῦς οὐσιουσκούσις, id est, animis, quæ corporis hactenus

hactenus contubernales, nunc morte separatae per se subsistunt. De ὅμιλαις animalium quid Stoici censuerint, Dio. Laert. aliisque consuleadis sed Plato ante omnes, in Phædone.

P. 81. l. 17. πόλε φίλα δίθ.;] Operarum properantium παρέργαμα corrigendum ex Xyl. editione, ἢ πόλε φίλη Δ.

P. 83. l. 9. συμβέβηκε σε τί καλῶς;] Viciosa interpunctio, quæ Xylandrum decepit. Corrige (sensum in versione reddidimus) συμβέβηκε σε τί; καλῶς. Συμβάίνει, ut plurimum, ὅτι τὸ κακῶ, de iis quæ contra votum. Id Seneca, accidere, propriè: qui τὸ, contingere, opponit: Epist. 110. Αδηβε diligentiam tuam, οὐ intrere quid sint res nostræ, non quid vocentur, et scies plura mala contingere nobis, quam accidere. Acutissimè. hoc dicit Seneca; Si res ipsas ex eventu, non ex opinione nostri judicamus, ex iis quæ invitis nobis, quod in malis haberemus, acciderunt, plura contingisse; id est, fœliciter nobis evenisse; quam vere accidisse, id est, in malum nostrum cessisse factebimur. Ita se explicat ipse in sequentibus: nec tamen affecuti videntur explanatores Senecæ. Sed & alia, hæc ipsâ paginâ, mendosa, ex meliori Xylandri editione corrigenda. In his ipsis, ἐκ τῶν ὀλων, ἀπ' ἀρχῆς, legendum: proximæ verbi sectionis ultimis verbis, πάντων διακερμένων χ. διακεχ. quorum alterum in Lugdun. editione typothetarum iacuriā prætermissum fuerat.

P. 85. l. 7. ὁ μὲν χωεὶς χιλῶν Θ-φίλ.] Scitum illud Aristotelis, & universum verum, Ethic. l. 1. c. 8. Αδικάτον, οὐ διάδοτον, τὰ καλὰ πράγματα χορήγηται ὄντα. Nec scitum minùs & verum illud

Hoc Comici, omnibus nobis ut res dant soſt, ite magni & humiles famas. Homerus prius, anno istos certè, sapientissimè, in necessariis verbis: sed qui vulgo, etiam à doctissimis, longè aliter exponi solent: que causatur hic præteremamus. De his alijs fortasse pluribus. Hec & si vera generaliter; Antoninus tam ea de Cleante pecunia riter quin hæc dixerit, (ita omnia convenienter) minime dubito. Dio. Laet. in ejus vita, de ejus infamâ paupertate; Διεθόθη δὲ ὅτι φιλοτεία, &c. & mox de nuditate, & tunica; οὐδὲ ἀράπες παρεγγυρισθῆναι, καὶ ὅφθιμοι ἐχέσθαι, &c. & post aliquot paginas, de libris, Τέττω φασί εἰς ὄστρακα καὶ τοῦτο θεωρήσας γράψειν ἀπεριμνεῖν αὐτὸν Ζήνων, οὐδείᾳ μεγάλων ὥστε τύμπανον χαράξαι.

P.89. I.4. Θεός δινεκῶν πάντα] Scribo, Θ. δινεκῶν πάντα πάντα, &c.

Ibid. I.4.5. οὐτος φιλεῖ ή τῶν ὅλων σύνεων] Libro 8. c.5. Η τῶν ὅλων σύνεις τέτο ζεγον ἔχει, &c. Neque aliud est, quod sepius inculcat Antoninus; quod non memorie vicio, sed certo consilio ob insignem beatitudinem istius fractum ita ab illo factum esse discas ex lib. 10. c.12. πάντα τις ἀλληλα, &c. Seneca, Epist.71. Nobis solvi, perire rest: proxima enim intucitur: ad ulteriora non proprie mens habebet & que se corpori addixerit. alioquin fortius finem sui suorumque passetur, si speraret omnia illa sic in vitam mortalemque per vices ire, & composita dissolvi, dissipata componi: in hoc opere eternam artem curta temperatis Diciveri.

Ibid. lla.8.9. πάντα στέγματα παρ.] Scribo, παράλη, vel, παράλη. De re, Plinius in Panegyrico, pulcherrimo, pulcherrimè; Habet has vices

vices condicio mortalius, ut aduersa est secundum  
ex aduersis secunda nascatur. Occultat uerorum  
que semina Deus, & plerunque bonorum malorum  
que causa sub diversa specie latet. Adi & lib. 7.  
c. 7. Et quod nos ibi.

Ibid. luke. & p. 91. l. 1. δική καὶ τὸν αὐτὸν εἴδε  
εἰς Σολίδον, ὃ γέγονε καὶ τὸν αὐτὸν πονηρόν, καὶ τὸν  
μάγον ο. β. Seneca, Epist. 87. Quod contemptissi-  
mo cuique contingere, ut in pessimo potest, bonum non  
est. Opes autem φρεσονικού ταπεινού contingunt, ergo  
non sunt bona. Idem, Epist. 92. E contrario uile  
fons, quibus sepe contingunt pleniora vilissimis, erit  
fotidam, φρεσονικού ταπεινού, φρεσονικού ταπεινού  
firmitas figura. Sed & in, Quare bonis mulae mala,  
c. 5. mulae in eadem sententiam præclare.

Pag. 156. 7. παροῖδει δὲ καὶ τὸ σηματοδοτεῖν  
Notum aliquem Poetae Comici locum his verbis  
Anconium respicere suspicio, & de sententia  
ἐπέχεις, donac fontes ipsos inspicere contingat.  
Quae mox sequuntur, καὶ διὰ φυλακ. διν. διπλοῦ  
λογιών, &c. ob ambiguitatem verbi λογιών diver-  
simodè possunt exponi. Si pro, sermone, accipi-  
tur, (nec oblitus quod in his obliteris insertis, τὸ τε  
τὸν στονοῦται λογιός, pro ratione, subintelli-  
gi necessario debet: non enim novum, ut idem  
verbom in eadem sententia sub differenti notione  
diversis ejus partibus inseriat:) sensus erit, Ser-  
monem qui maxime conciliat homines inter se, con-  
dene contumelias & discordie instrumentum esse pre-  
cipuum. Si pro, ratione, tum sensus erit, Homines  
quibus afflictum omni ratione (motu mentis & agi-  
tationis scilicet, quae curiam acquisit) com-  
mercum; eosdem tamē à ratione (rectā & sanā;  
τε ἀργωτού λογιών: vel ratione, id est factis

pro-

providentia; τῦ τὰ ὅλα διοικῶσθε Λόγῳ, ut  
ipse videtur explicare, dum scil. τὰ γυμνά τὰ  
τὰ συμβάτορά, μετέμπορος minus sequo fe-  
runt animo) maximè dissidere. Haud pauca etiam  
apud sanctos Patres ex ambiguitate τῦ λόγῳ signifi-  
catione dicta acutè occurrunt, quæ in argumen-  
to tam sancto magis ingeniosa forte, quam  
solida.

Ibid. l. 12. καὶ ὅτι εὐ δῖ παιδες τοκέων] Hæc  
quidem verba quò spectent, non est ambiguum:  
verba tamen ipsa rectè habere, fidem meam non  
obstrinxerim. Meo judicio clariora si vocula dele-  
atur, ἐν. ὡς παιδες τοκέων τετέτσι, κατὰ φύση.  
&c. Aut fortasse τὸ, κατὰ, loco migravit, & ita  
restituendus locus, καὶ ὅτι εὐ δῖ κατὰ π. τοκέων,  
ἐν &c. Alius fortasse aliter corriget; aut rectè  
quod editum est retineri posse judicabit. Per me  
liceat; modò de re constet ipsa, in hanc sententi-  
am; Neque in credendis, neque faciendis, tales  
esse debere nos, ut παιδες τοκέων, sive, τὰς  
πατέρων τὰ πατέρια meritò audiamus: quales  
vulgo, quicquid est πατερωνάρχοτον, αὐτο-  
νίκος, κατὰ φύση, Καθότι παρελήφασθαι, am-  
pleteuntur, & imitantur. De factis, si queris, &  
moribus paternis, vide (ut alios omittam) fe-  
stivam Aristotelis narrationem, Ethic. 7. cap. 6.  
De opinionibus à majoribus acceptis, crebræ  
apud omnis generis scriptores querelæ: sacros  
præcipue. Vir disertissimus, Lactantius Firm.  
A quibus si persuasione ejus rationem requirae, nul-  
lam possint reddere, sed ad majorum judicia confu-  
giant, quod illi sapientes fuerint, illi probaverint,  
illi sciens quid esset optimum, sequi ipsos sensibus  
spoliants, ratione abdicant, dum alienis erroribus cre-  
dunt,

dant. Symm. in Relatione: Sequendi sunt nobis parentes, qui secuti sunt fæliciter suos.

P.95.l.6. τὸ γὰρ ὅλα καὶ id ēν] Scribe, τὸ γὰρ ὅλον: ut alibi non semel in his libris. Mox; οὐ εἰχότες αὐτὸν μηδέποτε, ἀλλοιον δὲ τὸν τάξιν Θ., ἢ τίθεσθαι: his verbis duos modos sepeliendi mortuos (cremationem scil. & humationem, quod Platonis, καίσας ἐν κατογύττεσαι) Antoninum alludere, ad oram sui Codicis δὲ μάκ. Pater annotavit. Multa nos olim in hunc locum occasione urnarum Romanarum quæ plurimæ circa illud tempus, quædam etiam cum inscriptionibus, ex agro quodam, qui Cantuariæ Londinum proficiscentibus, quinto vel sexto supra decimum à Cantuariæ lapide, ad dextram situs est; (Newington pagum ipsum vulgo vocant) crucæ sunt.

P.97.l.4. τὸ ἄλλα, ἀσύμπτ.] Iea utraque Xyl. editio, sed errore tamen, ut puto, typographico; pro, τὸ ἄλλα, ἀντὶ συμπ. ut & in Manuscripto Hescheliano: nisi quod ibi, ἀντὶ συρόντων: & in margine, ex alio Manuscripto, παρέγραψεν.

Pag.99.l.3. σεβλίας καὶ δικ. καὶ κομψίας] De verbo κομψία, consulatur Suidas in κομψός. Ὀκτορομίαν alibi in XI. p.311. l.13, 14. explicamus. σεβλίαν aut σεβλεύεσθαι, hoc sensu, non memini alibi legere, apud profanum aliquem scriptorem: apud Sanctum Jacobum haud absimili, memini. Πόθεν, inquit ille, πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑπερβολῇ, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑπερ, τῶν σεβλευομένων ἐν τοῖς μέλσοις ὑμῶν; In Platone quoque in Phedone, eadem planè sententia, sed non idem tamen, de quo quærimus hic, verbum, Καὶ γάρ πολέμους, καὶ στρατειῶν καὶ μάχας, οὐδὲ ἄλλο παρέχει οὐ τὸ σώμα καὶ τὴν σπουδὴν.

Supīas. Ad Antonini mentem proximè accedunt ista Senecæ; Est & illa sollicitudinum non mediocris materia, si te anxie companas, nec usq; simpliciter ostendas: qualis multorum vita est, si ea & observationi parata. Torquet enim affida observatio sui, & deprehendi aliter quam salet metuit. Et post pauca, Satius est simplicitate contemni, quam perpetua simulatione torqueri. Hactenus Seneca. Si cui misus placet vox negligēta, & quia sine exemplo, cogiterat, dūdīs, vel tēdīs, vel tale quid præferendum sit,

---

## Note in Lib. 5.

**P**Ag. 101, lin. 4. [Ορθές ἔτες δυοῖναις εἰς.] Ορθέη non tam mane quam tempus quod mane præcedit, significat. Certe, dormire in lucem, ut Horatius loquitur: (quod eidem alibi, primam somnus in horam: id est, septimana, si nostro more loquamur) & somnum extendere in partem diei; ut Seneca; nos hominis oīm, τι καὶ σφικέγγοσελθο, aut quem aliquā suā existimatio- nis cura tangeret; neclum ut in Antoninum tale præbrum caderet. At hodie, proh pudor, quam aliter vivitur! Capitē tamen vox ὄρθεη hic ac- cipienda, cum longè alia sit ὄρθεη hyberni, & aestivi ratio. Præterea, quod Antoninus hic de lecto dormitorio, cave cum lectis lucubratoris, quo- tum tam crebra & honesta erupit antiquos mentio, quam planò diversus usus, & diversa structura, confundas.

Ibid. l. 14. 15. τὸν καὶ αὐτὸς συγκομίσας κόσμον.]

*λόγου] Nemo qui Græca intelligit, qui non simul intelligat, hæc, servata verborum proprietate & elegantia, in aliam quamlibet linguā transferri non posse. Xyl. versio, singula bœ suo intenta officio, quam jejuna, quam frigida, si Græca attendantur? Ego συγχορεῖν κόσμου, mundi cursus Et officium consummare, ex Seneca non male reddi posse credidi: τὸν καθ' αὐτὰς κ. propriū mundi cursum; vel, pro suâ quæfque ratâ portione.*

P. 103. l. 22 μέχει πεσὼν διεκαύσουμαι] Expli-canda homonymia vocum ut res intelligatur. Πίπτειν, & cadere & mori, (unde πίπτων Græcis, ut & cedaver à cedendo Latinis) significat: aπαπάυομαι pariter, & mori & cessare, seu requiri-scere. Id igitur dicit Antoninus, inoffenso pede in officio perrecturum se, & in proposito sibi constitutum, donec fati necessitate cedat; non prius cessaturus, quam moriturus. Scopus Anto-nino, ut ex ipsâ vi & proprietate verborum (in quibus persequendis multi solebant esse Stoici) id probet & inferat, adversis succumbere, vel be-ne agendo defatigari, non esse viti, qui quid ve-tè vivere sit, non ex vulgi opinione, sed ex natu-ra ipsius veritate intelligat.

P. 105. l. 3. εἰς τοσαῦτα λανθάνομεν ἐπιλόγοι.] Moneo minus cautos, τὰ, λανθάνομεν, (ut nec Latinum abuti) semper in malam partem non sumi; sed ut hic Antonino, pro, liberè & pro libitu, ad quoscunque usus ui.

Ibid. l. 18. εἰς ἀργοὺς εργαδύτες] Scribo, mó-  
nor δὲ εἰς ἀρητὰς αἱ βρ. si sustineas, &c. mox, εμ-  
βληματι, male excusum, pro ἀμφιλανδομοντι.

P. 107. l. 12. τὰ ἢ νῦν λ. πραγματεύσῃ] Quæ  
precedunt in hac sectione omnia, clara, & præcla-

ra, ut nihil magis. Hæc quæ deinceps sequuntur, (nisi à præpositione παρ̄. in παρεκδέχεσθαι, παργίγεσθαι, παρ̄. τέτο, & παραλιπεῖν, acutius aliquid, vix Antonino dignum, captatum,) fateor ego me non satis capere. Pro, τὸ δὲ νῦν, olim, τὸ δὲ νῦν τὸν λόγον placebat; sed nihil id sententiam adjuvat; neque utcumque necessarium. Tὸ, συνεῖναι, (quod fortasse τὸ παρεκδέχεσθαι, oppositum) cum intelligere, cum consicium sibi esse, (quod ideò moneo, non ut ignotum; sed ut utriusvis significationis optionem lectori relinquentis) significat.

Ibid. l. 18. 'Εὐχὴν Αθηνάων. ] Quid Antoninus hic velit, non ambiguum; sed Athenienses laudet, ut qui non privatim sibi, suisque; sed universæ simul, cuius pars ipsi, Reipub. bona optarent: an vituperet, quod suæ tantum Reipub. non universæ hominum communitati, & humano simpliciter generi; ambiguum puto. Xylander in Notis, Athenienses ab Antonio vituperari censet, cum tamē Herodoti locus, ab ipso prolatus, quo Persarum mos, per quem nefas ulli privato nisi pro communī Persarum omnium, solo Regē nominato, salutē sacra facere, laudatur, contraria sua dñe videatur. Quod enim Persis singulis universa Persia, quæ sub unius erat Imperio; id Atheniensi cuilibet non universa Græcia, cuius plures erant Republicæ tum legibus & moribus adeò diversæ, tum studiis & affectibus infestæ sibi mutuò, ut quod bonum unius esset, alterius esse non posset; sed Atheniensis Republica, cuius ad ditionem quicquid pertinebat, τὴν ἀρχὴν Αθην. καὶ τὸν τελον. hic comprehenditur. Præterea, fieri non potest, ut eadem pluvia locis omni-

omnibus, quorum pro diverso situ cœloque di-versa ratio, tempestiva sit: quò pertinet illud ve-teris poetæ; 'Ουδὲ γέ ὁ Ζεὺς Οὐθ' ὑπὸ πάντας ἀνθένει, ἐδὲ ἀνέχων. Sed utcunq[ue] se res hæc ha-beat, respicere Antoninum crediderim ad histo-riam aut fabulam potius veterem, cujus apud Suidam non uno loco mentio. Dirâ enim per to-tum orbem pestilentiâ sœviente, tradunt à Græ-cis simul & barbaris Apollinem consultum, om-nibus ubique respondisse, non priùs desitaram, quām Athenienses, sive Δῆμος Ἀθηναῖον, ὑπὲρ τάσσων, pro omnibus universim supplicia pere-gister. Quo facto, pestem ubique cessasse, & le-gatos undique Athenas gratulatum missos.

Ibid.l.23. ὅτι συνέταξεν] Συντάξεν hoc sensu, si vim vocis spectemus, propriè & eleganter La-tinè vertas, imperare: ut plurimis exemplis in promptu probare. Nos tamen constituere reddi-dimus, ut discrimen quod τάξεν inter & συντάξεν ab Antonino statuitur, αὐτισցόփ verbo pos-semus exprimere. Nam ita & Cicero, alia quam-vis in re, videtur inter statuere & constituere, in Fragmento quodam Orationis apud Priscianum, distingue-re. Hoc judicium, ait ille, sic exspectatur ut non uni rei statui, sed omnibus constitui putetur. Cæterum, τὸν Ασκλήπιον hîc καίνως pro quovis medico nihil verat accipere, cùm ita & Maximus Tyrius in eodem planè argumento, Dissert. 30. usurpet. Ibi enim Ασκλήπιος & ιατρος, pro eo-dem, ut synonyma, eadem paginâ non semel. Ut tamen propriè potius pro Aesculapio famigerato illo Medicinæ inventore, Apollinis filio, accipi-am, facit insignis Aristidis Sophistæ, Antonino æqualis, locus, cujus verba ut hic non adscribam,

nihil suave meritum est. Ita igitur ille Oratione  
 (λαλαδιψε nuncupat) ad Aëculapium, quæ to-  
 mi primi sexæ est; Καὶ μὲν τὸς προφέτων, in-  
 quirit, θλεῖσον ἐν τοῖς ὀργίαις τῷ Θεῷ. οἶον, τὸν  
 μὲν γύψον πίνειν τὸ δέ, καρπόν τὸν δέ, γυμνόδας,  
 καὶ λάσην λυχρῷ, θέρμην δέ διασσώντας δόξας,  
 πεόμηνον. Quæ doctissimus Interpres Canterus,  
 ita veritatem; Maximè verò admiranda sunt quo mit-  
 tit somnia, quibus jubet alias gybsum bibere, quoſ-  
 dam cicutam, nonnullos etiam nudos (rectè Can-  
 terus, si γυμνόδας propriè de tunc corpore acci-  
 piās; sed nec male fortasse, si per Syncedochen,  
 pro γυμνοποδίis, seu ἀνυπόδεστοι, ut idem planè  
 dicat, quod Antoninus istis, ἀνυπόδοσται & λυ-  
 χεργάσσονται: ut & in istis Juven. Sat. IV. nuda ac  
 tremebunda cruentis Ercptat genibus; nudam, doctissi-  
 simi viri exponunt, nudis pedibus: sed utcunq; accipias, idem certe in utriusque verbis refrige-  
 randi corporis consilium, et h̄i non eadem planè  
 refrigerandi media) frigidā lavari, nec omnino  
 calore, quemadmodum quis putaret, indigere. Cate-  
 rium, de more veterum somnia captandi in Tem-  
 plis, (quod incubare proprie dicebant, ut docet  
 nos Servius in ista Virgilii; Pellibus incubuit  
 fratris, somnoisque petivit) sive ad morborum re-  
 medium, sive ad futurorum (quam τὸν δι' ἔγκυ-  
 ροντας μαθίκην appellabant) cognitionem, quia  
 multi passim, (inter alios & Hieron. in Esai. c 65.  
 v. 4. Nibens ego prætereo. Sed & vulgarium (quæ  
 non captata, vulgaribus in locis accidebant, in-  
 telligo) somniotum magnam, qui olim δεσμοδα-  
 pteresegi rationem (quod vel unus, qui de illis  
 scripsit, abundè nos docet Artemidorus) habe-  
 bant. Quare de sacris & captatis; an de vulgari-  
 bus

bus & àulquâlos somniis Aristidis Antoninique verba capienda sint, ut magnitudo interest, ita nec certè definire possum. Vide & lib. i.e. 14. p. 23. & lib. 9. c. 21.

P. 109. l. 3. ἔταξε τέτοιος τέτοιο] Corrigi ex Manuscripto Heschel. ἔτ. τέτοιο τέτοιος καὶ & θοξ, τέτοκτει πῶς ἀντῷ κατ. deleto τῦ, οὐδὲς: cui inscrendo fuit lectionis, οὐδὲς τὴν ιγ. & οὐδὲς τὴν εἰμαρμ. (quæ hodiéque Manuscripti istius scriptura est, non eis τὴν ιγ. & eis τὴν εἰμαρμ. ut hic:) in margine notata varietas; quæ in textum postea recepta.

P. 111. l. 16. οὐδὲ τὸ σπέρματος] Theodor. Therapeut. l. 4. initio, τῇ σπέρμᾳ τῷ λόγῳ καταστάμενῳ (hic quoque in Anton. proximè, καταστόματι) τῆς ἀπίστας τὸ πάθος: ad hanc aliquid consuetudinem.

Pag. 113. l. 5. ὃ δὲ τοῖς τυχεῖσιν ἐδοξεῖ ἡ παράπτωσις] Unde sit istud n̄, aut quod spectet, cum eo ablato, perfecta sit oratio; servato, manca; non video. An inde fortasse, quod cum in textu prius aliquis reperisset, πάττα πᾶσιν, diversitatem lectiois in margine notavit, n̄, παράπτωσιν? Res ipsa τῆς ακαταληψίας retum, aut contraria; fusò traçatur à Cicerone in Lucullo: sed fusiùs à Sexto Empirico, magno & eruditissimo illius patrō; Pyrrhon. Hypotyposeon libris 3. & Adversus Mathematicos unico, sed prolixissimo: bonæ frugis plenissimis libris, & ad intelligentiam veteris philosophiarum utilissimis.

Pag. 115. lini. 6. τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦτα ἀγ.] Etiam Sancti Patres interdum in rebus gravissimis ad populi voces ex naturali φυγλήσι ortas solent provocare. Veteribus Dramaticis poetis,

is scopus erat propositus, διδόκειν, (quod verbum propriè de illis usurpatū fuisse nemo nescit) & populo τῷ καλῷ, seu virtutis amore instillare. Porro, quām tenerae vulgi spectatoris aures essent interdum, si quid contra bonos mores & vulgares ἐνοίδας τῷ καλῷ diceretur, vel ex una Senecæ narratione discamus, de fremitu & tumultu populi ob laudes pecunie ab histrione recitatas; Epist. 115.

Ibid. l.20, 21. τὸ τὸν κεκλημένον αὐλὰ] Scripsit ad oram sui codicis ὁ μην. parens, locus Aristophanis. Mihi in Aristophane non inventus; sed nec quæsusitus adeò diligenter, ut inveniri posse negare audeam. Certe non unus fuit Aristophanes, qui Socratem aliosque temporum illorum philosophos jocis id genus & dictis impurissimis populo deridendos objicerent. Ex omnibus autem philosophiæ seu Platonice seu Stoicæ placitis, nullum minus ad vulgi palatum, nullum magis vilissimi cujusque bipedis sannis & Iudibriis expostum, quām πολυθρύλλων illud, ὅτι Ἀυτάρχης οὐ ἀρετὴ τοῖς τὴν ἐνδαιμονίαν, quod seipsa contenta virtus ad beatè vivendum; & illud affine, consequensque, ὅτι Μόνος ὁ τοφὸς πλήσιος. Ad ista quod attinet, νῶν τῆς ἐπιστολῆς, &c. haud absimile illud veteris Comici Straboni memoratum, ἀγέρος ἔχει λάμπτα γὰν ἐπισολῆς Λαχωνικῶν: & illud Gorgiz Sophistæ apud Platonem, Εξ ᾧ πεντετοντα εὐκατεικήσεις δόμοις.

P. 117. l. 24. οὐ καρπέμενά τι τέτων] Scribo, οὐ καρπέμενά τινα τέτων, vel, αφαρέμενός τι. quod codem redit.

P. 121. l. 21. ἐκ ὄργης τῷ Σλαπῇ. τὴν π.] Scribo, ἐκ ὄργης. τῷ μὲν Σλ. τὴν πόλιν: & verso: Six Ci-  
vitas

vitas damno nullo affecta est, nè ei succense, qui civitati nullā re nocuit. Consule hujusce libri c.27. Èi μήτε χαρία, &c. & lib.10.c.31. postremis verbis, ὅλως δὲ μέμνησο, &c. Civitatem autem mundum hic, ut alibi sèpiùs, intellige: cuius ea ratio (in quo Summi opificis infinita sapientia multis antiquis prædicata) ut quicquid parti obesse videtur, toti proficit: quod author libri De mundo, Aristoteli inscripti, docet elegantissimè. Cæterū παραδοξότερη hæc, nec in vulgus sine debitis cautionibus efferenda. Nam alioquin, ne punieados quidem improbos, hinc temerè aliquis inferat. At facilis ex ipsis Stoicis responso, si liceret immorari. Quæ sequuntur, Tì τὸ παρεγάγειν; et si scopus hoc toto capite unus idemque Antonino, malo tamen ad sequentia, quām priora verba referre. Ita enim passim solet Antoninus, iræ & indignationis vel alioqui justissimæ eruptionem objectā mortalis ævi fragilitate compescere. Vide lib.4.c.6. & quæ in Præfatione ad illud caput, ubi de capitum divisione in genere.

P.143. l.1. καὶ τὸ παρεγένετο δὲ ἀπειρον] Male in utraque Xylandri editione, καὶ τὸ παρεγένετο. τὸ δὲ ἀπειρον, &c. Credidi παρέγεμα vel calami, vel præli properantis: ut aliter nunc credam, facit versio Xylandri priùs mihi non animadversa, qui ista, καὶ τὸ παρεγένετο, connectens cum superioribus, aut sui simile, verterat. Ego, καὶ τὸ παρεγένετο δὲ ἀπ. vero, quod instat infinitum ævum: & ad ævi mortalis brevitatem refero. Quod pertinent ista alibi, Mixegyr, καὶ τέθωντα, καὶ πάντα ἐκ μέρου: lib.8. c.2. & lib.7.c.14. ἐγένετο μὲν οὐ σὺ τοῦ πάρεγένετον λόγον. ἐγένετο δὲ οὐ πάρεγένετο τοῦ συν λόγον. Cæterū, et si parum aut nihil sit discriminis inter ἀπειρον,

ἀπειγεῖ, & ἀχαρὲς, ut vel ex pluribus Antonini locis, quibus vocibus illis utitur, collatis apparet potest: videtur tamen aliquando τὸ ἀπειγεῖ, proprio vițe humanae, & memoriz quæ post mortem contingit vel longissimæ brevitati opponere: ut lib. 10. c. 29. cùm dicit, μάρτυρε τοῦ εὐμημονεύοντος, ὅτι τὸ ἀπειγεῖ μελαῖσθαι ἐκέντει τὸ ἀπειρω χρέον. οὐ διαὶ τίνι τὸ δὲ ἐκέντει τὸ θεαχύ τότο, &c. Quare non aliud fortasse voluit his verbis, τὸ π. τὸ δὲ ἀπειγεῖ Antoninus, quād quod alibi, τὸ τάχθ τὸς πάτρων λέθης: nam & ibi sequitur, καὶ τὸ χάθ τῆς ἑρακλείας ἀπειρω διανθ. Nisi quis malit ut τὸ ἀπειγεῖ hoc loco substantivè sumatur, (quasi & hic τὸ χάθ dixisset) cui τὸ ἀπειγεῖ adjiciendum sit. Utrumvis horum malo, quād quicquam temere sollicitare. Quod alioqui, si cui non satisficiant hæc, factu facillimum: nempe si pro ἀχαρὲς, vel χάθ scribas, vel διανθ.

P. I 25. l. 12. *'Οὐδὲ τρεγαθός, οὐδὲ πόρην]* Māgnam Antoninū cum scipio conflicationem super aulicę vitā fuisse, & de abdicando imperio, secessusque aliquo privato s̄aþe cum cogitasse, ex pluribus locis, quibus se ad stationem foriter tuerēt̄ habet, certum est. Vide hoc ipso libro, c. 32. & lib. 10. cap. 22. *'Ἐρεγγὺς ἔσθι, &c.* Prima sectionis hujus verba ex aliquo veteri scriptore, aut ē medio fortasse petita, vim adagii videntur habere, & ad commendationem secessus adducuntur. Crates Theb. in festivā per Cynicæ, quam urbem, joci cauſā, singit esse, descriptione,  
*Ἐτὶς ἦτε τις ἐισπλει ἀνὴρ μᾶργος παρείσθι,*  
*\*Οὐδὲ λέχητ πόρην, ἐπαγγαλλόμεν πυγῆν.*  
Affine & illud apud Ciceronem, proverbi quaque

que vim habens, *V*bi nec Pelopidaram nōmen, nec facta audiam: Epist. ad Fam. lib. 7. 30. Vulgari huic verbo, seu adagio, secessum suadenti & solitudinem, opponuntur ab Antonino quæ sequuntur in hac sectione; quæ quamquam brevitas orationis obscuriora fecit, sic tamen à nobis vesta sunt, ut à quovis intelligi possit.

P. 127. lin. 10. Διὰ τὶ συγχέονται ταῦτα] Divinus hic locus, ad unicam Dei Opt. Max. cognitionem sapientiam omnem referens & etudit ionem, incredibiliter adeo me delectat, ut operam melius collocare non posse me putem, quāto si plane geminum huic sapientis illius Heracliti effectum pessimè vulgo acceptum, & à paucis intellectum, pietatis ergo ab infrunitis, insulis interpretationibus vindicvero, & illustravero. Dio. Laertii de eo verba initio vitæ sunt, Μεγαλόφρων ἐγένετο παρὸ δύσκολον καὶ τερπόντιον. οὐ καὶ τὴ συγχέσιμα! Οὐτὲ μῆλος, οὐ ϕενος, Πολυμαθία νέον διδάσκει. Ήριόδος γὰρ εἰδίδαξε, καὶ Πυθαγόρης, αὐτὸς τε Ελεοπάνεα τε καὶ Ξαραῖον. Σὺ γὰρ εἶ τοῦτον, διδάσκαλον γνώμην πέτε οἱ ἔγκυοι βερνήσας πάρα διὰ τάρταν. Unius Dei mundi gubernatoris assertor Heraclitus, Homero (de quo proximis verbis, τότε Ομηρος ἐρασκε, &c.) Hesiodoque τῆς πολυμετέτας præcipuis authoribus, sed & aliis nonnullis à πολυμαθίᾳ celebris nescio quas eis causas offendit, multiplicem quā cludere isti eruditionem ad veram sapientiam parum prodeste affirmabat, Εἴτας γὰρ εἶ τὸ σοφὸν, διδάσκαλος, &c. Omnem enim sapientiam in eo consistere uno, ut Deum agnoscamus unum, qui omnia, minima maxima nutu suo temperat, & (quod aliis verbis dicebat Anaxagoras, τὸν τὰ δια-

*Σιακοσμένης, καὶ πάρτων ἐπί) αὐτοῖς: vide & Antoni-*  
*I.8. c.30. Ωσκες τὰς ἄλλας, &c.) providentiae*  
*suæ rationibus accommodat. In his verbis auro*  
*contrà, & si quid auro preciosius, haud caris, id*  
*potissimum decepit interpres, quod γνώμην, De-*  
*nūm significare non intellexerunt. Quod quò mi-*  
*nus miremur, apud eundem Diogenem in Plato-*  
*nis vitâ, his verbis, ἐπεὶ δὲ αἱλίας εἰς δύο, τὰ δὲ μὲν*  
*Σιακοσμένης, (scribe, διὰ γνώμην,) τὰ δὲ ἐξ ἀνθυκε-*  
*ασες αἱλίας (φυσις) λεχίσον: id est, Quandoquidem duæ*  
*sunt cause, quadam à divinâ proficieti providentia*  
*dicendum est; quadam verò à necessitate: etiam do-*  
*cissimis undequaque viris, Græcæ verò linguae*  
*eiis ducere peritissimis, (nam Diogenis interpres,*  
*proletariæ sortis homines, ad incitas hic redactos*  
*nihil mirum) aquam hæsisse video. At nobis ni-*  
*hil factu facilius, quām tum correctionem, tum*  
*versionem nostram ex ipso Platone, sed &*  
*aliis multis scriptoribus certissimis argumentis*  
*ssi liberet excurrere) confirmare. Vide Notas in*  
*īra lib. II. c.8. μὴ δυραμένη δὲ, &c. Sed ut ad*  
*Heraclitum & Antonini verba redeamus; de He-*  
*raclito Plutarchus etiam, De philos. placitis, l. I.*  
*c.28. restatur, eum τὴν εὑραμένην, λόγον τὸν διὸ*  
*τῆς ἑοίας τὸ παῦλος δινορία, definiisse: quæ si*  
*quis cum Diog. Laertii verbis conjungat, & con-*  
*juncta cum his Antonini componat, facile, credo,*  
*nobis ut verisimile concedet, si non hæc ipsissima*  
*sunt Heracliti verba quæ laudat hic Antoninus,*  
*eum saltē ad Heracliti verba sententiamque his*  
*verbis allusisse. Cur planè non afferam, Plato fa-*  
*cit, apud quem simillima plura, non uno loco.*  
*Vide vel infra, quæ ex illo ad pag. 151. l. ult.*  
*proferimus. Conferat euam Lector pietatis stu-*  
*diosus.*

diosus hæc Antonini & Heracliti, cum sancti prophetæ Jerem. cap. 9. 23, 24. verbis.

P. 129. l. 23. τὸν τὸν δρέπανον πόμπον ἀπότιτο μεμμένες. ] Marcus Antoninus, (& institutione philosophiae, & ipso naturæ genio, si quis unquam, factus ad gravitatem & mundi contemptum) justitiae rigidus ubique custos; in aliis quæ magis *διδόσσει*, (*τὰ μέτα* vocat hīc) nisi moribus aliorum se quadam tenus accommodasset, & proprii genii severitatem mirâ *συγκαλασσάσης* temperasset, haud dubium quin γῆς οὐδὲ γῆς, quod aiunt; aut quidvis aliud agere potius saltem, quam regnare, pridem coactus esset. Sane male sibi interdum ab ejus philosophia nescisse fæcē Romuli testantur Historici. Fuit enim hic sermo (ait Capitol.) quem sustulisset ad bellum gladiatores, quod populum sublati voluptatibus vellet cogere ad philosophiam. At qui notant iidem Historici Marcum nostrum eā fuisse vitæ indulgentia (euagresia τὸν τρέπων, ut illic rectè noratum) ut cogeretur nonnunquam vel in venationes pergere, vel in tbaerum descendere, vel spectaculis interesse. Porro *συγκαλαβάσεως* hujus pars non minima, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus; haecenīs saltem, ut utrisque quæcumque civilis requirit consuetudo, præstes officia. At cendum tamen esse sapienti monet hic Antoninus, ne dum vulgi moribus civili hac indulgentiâ εἰ τοῖς μέσοις se accommodat; & quod alii faciant ipse facit etiam quod sentiunt, quasi verè lugenda essent aut contrà quæcumque lugent aut gaudent idiotæ, verè et ex animo sentiat. Huc aptat locum poetæ cuiusdam seu Comici seu Tragici. Vir gravis & senex ab alumno suo discessurus,

*rhombum*

*rhombum ejus ( inter crepundia puerilia etiam rhombus , ut in Orphei versibus apud Clemencr. Alex. Protrept. ad Genres, videre est ) in ejus memoriam , ut rem preiosissimam servaturum, magnâ verborum pompa postulans inducitur. Ita, μεμνημένος ἀτι πάμβος, quid rhombus tamen sit, οὐκον περ se facieundus, haud ignarus; Poetæ, an Antonini verba sint, non magis refert. Quae sequuntur, Επει, τί σίτα enim legendum cenieο, νομος ἐπει τοι) γίνη καλῶν δῆλον τῶν ἐμβόλων ; ita verso: Nam quid tibi vis bis pro rostris clamoribus & querelis? & ad usitatum mortuorum pro rostris laudationem refero. Hec officiumdecessori suo Pio, optimo principi ; sed & uxori non optimæ, Antoninum præsticile memorant historici : fortasse & aliis, quorum non meminere : aut si non aliis ipse, quin tamen aliis præstantibus adfuerit saepius, & multe quæ affectus, non ratio (pro more lugentium aut laudantium) dictabat, invitus audire coactus fuerit, ne incivilis esset, haud dubium. Καλῶν, pro, αλλακτῶν, simplex proposito; qualia multa passim. Sed & τὸ γαλῆν, pro invocare, Hesychio notatum & quidam. Γίνεται, vero, δῆλον τῶν ἐμβόλων, præsentem pro rostris se fuisse: cuius syntaxeos obvia passim exemplia prætereo.*

P. 131. līm. 3. Οὐ πεδίη πολε καταλιθεῖς ] Scribe, καταλιθεῖς: οὐ πολεῖς, scil. ut lib. XII. c. 7. Vide & XI. c. 1. τὸ ιδίκτελος, &c. & max, ἔπει ἀκ καταλιθεῖς, &c. Adi, sis, & in lib. III. p. 53.l.3.de faro; notata.

## Note in Lib. VI.

**P**ag. 133. l. ult. xq̄ ἡ τοι ἐκθυμαθίσεις] Ita scribendum, non ἐκθυμαθήσεις; ut per se est editum est. Εἰτες πνωται ἦσαν, ita vēti, ut qui de generali rerum omnium per ἐκπύρωσην in Decūm ipsum resolutione, (de quā tum Stoici passim, tum Origenes contra Celsum, cuius verba Lat. Interpreti non intellecta, ut alia passim apud eruditissimum illum scriptorem, alibi fortasse aliquando sumus explicaturi) verba Antonini intelligerem. vide lib. X. c. 7. ὥστε xq̄ ταῦτα ἀναλογίσασι, &c. Quia tamen Antoninus, non ἐκπύρωση, sed ἐκθυμάση hic ponit, verius fortasse fuerit ad quotidianam mutatarum rerum ἀναθυμίαση (quam τὴν ἐπὶ τῷ ἀνω ἐδόν vocabat Heraclitus) verba ejus referre. Certè, eam ante ἐκπύρωσην, unam mundi totius esse substantiam, sciscit Antoninus lib. XII. c. 25. & lib. VII. c. 7. Ubi cum dicit τῷ τῷ ἀνω ἐνεργαῖς ταῖς τάχισαι τῇ τοι ὅλῃ κατίσῃ, non aliud videtur dicere, quam quod hic. Vertamus igitur, οὐκ περ βαλιτον (siquidem ipsa est ῥεκτικη ὅπηνη substantia) resolutur; aut dissipantur.

P. 135. l. 14. ἡ ζει απηρτημένην.] Xylander, forū suscepsum. Ego malum (nam utrumque τὸ απηρτημένη, significare, monendus opinor non est lector) forū solutam, οὐ γαλ; aut, independentem: ut lib. IV. c. 28. καταρρίψουσι τις εἰς απηρτημένως: numerum independentem, reddidimus.

P. 137. lin. 11, 12. καὶ ἡ περιπόρους, τριχία  
τρεψ. ] Confer cum lib. IX. c. 30. Ceterum, inter  
ea quæ vulgariæ plebis seu mentes insolitâ ma-  
jestate percelligere, seu oculos splendore maximo  
præstringere olim solita, primus apud sacros  
profanosque passim scriptores purpureæ vesti,  
(quæ Cassiodoro *sacra vestis imperatoria*) locus  
defertur. Meo animo, nihil in terris speciosius illo  
lumine, aut quod ad cœlestium siderum pulchri-  
tudinem proprius accederet. Sed de veterum  
purpura, quæ dudum penitus ignota est, multa  
multi. Tanta certè ejus olim reverentia, ut Greg.  
Nazianzeno alicubi οὐάλουργὺς (de colore ipso,  
pannoque ibi sermo, non imperio, metaphoricè,  
ne quis erret) μέγας καὶ μέγιστος τῷ οὐρών, (in  
Julian. orat. 1.) non ex propria quidem, sed illo-  
rum, qui se nihil minus quam vulgus putarent o-  
pinione, dicatur. Nec multo aliter Chrysostomus  
aliisque passim. Non igitur temerè & nullâ ra-  
tione Antoninus, hoc potissimum exemplo rerum  
apud homines pretiosissimarum vilitatem per-  
stringit. Quod autem soli lanæ tinturæ hujus  
honorem tribuit hic Antoninus, (ut & Optatus  
Afer contra Parmen. lib. V. sic alba lana regalem  
transit in purporam, &c. ) non id præcisè & sine  
exceptione sumendum est. Nam & serica pur-  
pura tingi solita, exerte docemur Cod. IV. tit.  
40. l. 1. *Fucandæ atque distractabendæ purpurae vel in*  
*serico, vel in lanâ, que blatta vel oxyblatta, atq;*  
*hyacintha dicitur, &c.* Boethius de Consol. phil.  
lib. II. *Nec lucida vellera Serum Tyrio mis-*  
*cere veneno. Sed & Cassiodorus in eleganti vestis*  
*hujus Imperioriæ descriptione, ut lanam, ita &*  
*sericum commemorat. lib. I. Epist. II.*

Ibid.

*Ibid. l. 23. Ὡρα γοῦν ὁ Κεδρὺς.] Quis hic Crates, plures enim fuerunt hujus nominis) aut quæ fuerint ejus verba, dicerem si scirem. At cum fuisse Xenocratem, in quem τύχε, sive, ut alibi Antoninus, σεμνωτοφίας suspicio maxime caderet; ex Dio. Laertio, qui σέμνουν eum et οὐδέποτε fuisse, imò vero (quod hic Antonini verbum est) et αξιότατον σφόδρα, in ejus vita commemorat, facile quivis intelliget. Hinc & vetus proverbium, Σεμνυοπροσωπουσιν ὑπὲρ τὰς Ξεγκρέτους εἰκόνας.*

P. 137. 139. τὰ ὑπὸ ἔξεως ή φύσεως συμφόνητα.] In hac rerum divisione vox ἔξις non obvia vulgarique notione; sed antiquâ tamen illa, & in hâc re legitimâ. Rem pluribus explicat Philo Judæus, aut quisquis auctor libri, *De Mundo*, inter ejus opera extantis: τὴν σωμάτων, inquit, τὰ μὲν ἀνθρώπου τοῦ ἔστιν τὰ δέ, φυχὴν: τὰ δέ, λογικὴν φυχὴν. Λίθων μὲν ἐν καὶ ξύλων, & δῆν συμφοῖται απεσωματικοῖς, δεσμῷ καταλόγοις, ἔξιν εἰργάσατε. οἱ δέ ἔστιν πνεῦμα ανατρέψοντος ἔστιν δέ χεῖται μὲν γαρ θάτῳ τὴν μέσων, &c. In his, ista, & δῆν συμφοῖται απέσωμαται, male veritati qui raro quicquam malè, διπάντι Budæus, quae abstracta sunt à coalitu: nisi τό, coalescere, ad ea quæ propriè aluntur, ut stirpes & animalia, ex vi τῆς ἐτυμολογίας, contra usum loquendi, per quem & lapides coalescere dici possint, restringas. Ego verterem, quæ nullā naturā continentur: vel, quæ naturæ (non latè sumptæ; sed pro naturā vitali, aut animali, propriè) sunt expertia. Συμφοῖται enim hoc loco (et si vulgo latius vox usurpetur), propriè τῆς ἔξεως, vel φύλης ἔξεως, ut apud Sextum Empiricum, opponitur: ut & Plutarchus in eo-

dem argumento loquitur, τὰ ἡγάμενα καὶ συμφυτά (inquit) καθά περ ὅσι τὸ ζώον ἔκαστον. *Spiritum lampidibus, ne quis miretur, etiam Pomponius lib. 30. ad Sabinum, Dig. I. XL. tit. 3. l. rerum tribuit: & à Galeno definitur ἔξις, πνεῦμα σωμάχον καὶ συγκρατῶ τὰ μέρη; à Conone autem, cuius verba alibi proferimus, πνεῦμα σώματος συνεκτικόν.* Sed ἔξις quid sit, cum de hāc rerum seu corporum divisione agitur, optime discas ex Simplicio, ubi docet quæ Stoicorum περὶ τὴν ἔκταν doctrina fuerit; his verbis: Οἱ σωϊκοὶ τὰς ποιότητας ἔκτα λέγοντες δῆλοι τὴν πνωμένων μόνον ἔκταν ἀπολεῖπον δῆλον δὲ τὴν κατὰ συναφίην, οἷον νόσος, καὶ δῆλον τὴν κατὰ διάσασιν, οἷον σράτε, μικρὸν ἐντὸν, μήτε ἐνείσκεδαι πνευματικόν τι εἴναι δῆλον, μικρὸν ἐναλόγον ἔχον, ὡσεὶ δῆλον τινὰ νόσασιν ἐλαττεῖν μιᾶς ἔξεως. Quæ vir doctissimus sic vertit: Stoici qui qualitates ἔκτα dicunt, in his solum ea collocant, quæ sunt unitæ. Quæ autem sunt copulata per contingitatem, ut navis; & per distantiam, velut exercitus, in his nullum repriceri posse ἔκτα, nec unum aliquid spiritualē supra omnia, quodue unam rationem habeat, ut in unam subsistentiam veniat unitus habitus. Conferantur hæc cum Pomponii verbis, quibus hinc, in obscuro loco, lux opportunitè non parva. Multus in hujus vocis & divisionis explicatione vir summus, in Comment. Simplicii in Epictetum: sed in non paucis ausim ad secundas ejus cogitationes appellare. Vide & in p. 243. l. 21. notata, & ibi Achillis Statii locum præclarissimum.

P. 141. l. 3. Ως τὰ φυτὰ τίμους οὐτε τὸ διαχνεῖσθαι] Contendantur hæc cum iis quæ à philosophi principiis principe Ethic. I. c. 7. vel ut alii, δ. d. λ. ιων

τὸν ἐνδαιμονίαν τὸ ἀριστονλίγεν, &c. disputatur. In re gravissimā planè iisdem fundamentis innititur vir acutissimus, ut in quo sita sit hominis vera felicitas, ostendat. Non tamen opinor Aristotelem secutus hīc Antoninus; sed uterque potius Socratem, à quo primū, (ut ex Platone & Xenophonte liquere possit) ea manavit argumentatio. vide & lib. V. c. 13. & I. VI. c. 29. Secunda, Epist. 76. Omnia suo bono constant: vitem frumentas commendat, &c. mox. Id in quōque optimū eam, cui nascitur, quo censetur. In bonum optimū quid est? Ratio, &c.

P. 143. I. 6. [Αγω, κάτω, κύκλῳ φορεῖ] Confer, si uideo, cum Jobi cap. 28. cuius divini capititis immam paucis verbis hīc expressam habes: si tamen aureana conclusionem quæ caput illud claudit, ex aliis Antonini locis hic suppleas. ex libri V. pata, c. 24. τί αἴρετι; τί οὐ ἄλλο, οὐ δεῖς οὐ σέβεσθη χὴ εὐφημεῖν· αὐτὸς ποτε δὲ ἐνποιεῖν; Quid dum vivis ad beatitudinem tibi sufficit? Quid aliud, quām Deos venerari, & celebrare: hominibus utem benefacere? vel ex hujus ipsius VI. libri, (juvat enim tam sancto argumento immorari) 1. 11. Βεργχὺς ὁ βίος οὐς καρπὸς τὸ ἐπιγείν τοῖς, θυσίας οὐσια, χὴ περιέξεις κοινωνικῆ. Vita brevis est: mortalis ævi fructus hīc unicus, animus sanctus, & ultimes bono publico consulentes. Vide & supra in lib. V. p. 127. I. 10. Διὰ τὸ συγχέεσθαι, &c.

Ibid. I. 21. τὴν κεφ. ἐρράγεις πληγὴν ἔπ. ] lego, τὸ κεφαλὴν ἐρράγης. πληγὴν ἐποίησε, ἀλλ' οὐτε; &c. Aliquis in palestrā, aut ungibus te laceravit, aut fregit caput. [Quid tum?] Plagam inflxit: non idēo tamen tumultuaris, &c. Fortassis, τὴν κεφαλὴν ἐρράγεις πληγὴν ἐποίησε, ab aegritate scil. quod non

minus placet. Cæterum, gladiatorū, seu athletarū exemplum hāc in re commendat & Seneca, De Ira. lib. I. c. 11. & I. II. c. 14. sed paulo aliter, quām facit hic Antoninus. non enim eorum æquanimitas, sed arti & tempestivæ prudentiæ adscribit, quod pugnantes iram cohibeant: quod iram differre, aut dispensare verius dixeris, quām non irasci, aut patientem esse.

P. 145. l. 16. 17. ἀρκεῖσι γὰρ καὶ τρέπεις ὁργας τοισιντας] Vide lib. XII. c. 26. 28. Negat Aristoteles. Μία χειριδῶν, inquit ille, εἴης εἰ ποιεῖς, εἰδὲ μήτε ἡμέρας· εἴτε δὲ εἰδὲ μακάρεος καὶ εὐδαιμονος μία ἡμέρας, εἰδὲ ἐλίγος χρόνος. Ethic. lib. I. c. 7. Si tamen vel longissima vita cum æternitate comparata, quod alibi docet Antoninus, momenti vix rationem habeat; aut nulla omnino (quod verius est) mortalibus ævi vera fœlicitas est, aut in discrimine temporis, quod tam breve est etiam cum longissimam, parum aut nihil erit ad veram fœlicitatem momenti.

P. 147. l. 5. μῆτι κατεργάμενοι. οργοίσιν] Legō, μῆτι κατ. & οργοίσιν. Arrianus etiam (quem uniforme maxime imitatus est Antoninus) in Epist. lib. II. c. 3. sed & lib. I. c. 12. ex arte scribendi, proprii & ipse nominis usus exemplo, morales elicet conclusiones. Sed ante illum & Socrates apud Xenoph. Memorab. lib. IV.

Ibid. l. 13. Πῶς ὡμοῦ δέται] Nescio an admirationi locus hic sit: & non potius per interrogationem legendum sit, Πῶς δύκι ὡμόν, &c.

Ibid. l. 22. Θάνατος, αὐτοπαιula αἰδηπτικῆς αὐτιτυπίας] Locus elegantissimus, quem si non pari elegantia, at non paulo tamen fidelius quam Xylander, ita possis vertere: Mors, cessatione est impressionis sensuum; raptationis appetitum;

agitationis intellectus; & servitii, quod corpori exhibetur. Aut titutia h̄ic accipio, ut cūm aut titutes (quod s̄epe fit) pro simplici tūtos accipiatur; nullā præpositionis (cui alioquin contrarieatis aut dissidentiæ vis plerunque ineft) habitâ ratione. Id ita judico, quia jam s̄oprâ Antonius (hoc ipso l. c. 12. & l. III. c. 14.) cūm idem vellet, opinor, quod h̄ic, simplici tūtus & usus est. Quia tamen vulgaris is quoque & elegantior vocis aut titutes (nec substantivum aut titutia vider usus patum temere reperire est) usus est, quo præpositio suam vim obtinet; non repugno si quis malit ita vertere, ut fecit exquisiti vir ingeni et judicij Commentar. in Pers. p. 437. Mors quies est pugnantium inter se sensum, & in contraria agitationis ad res suscipendas, & discrepantium mentis discursuum.

P. 149. l. 21. x̄ oīos μὴ τῷ μ.] Scribo, x̄ oīos ἢν οἴω μ. &c. Et mox, οὐδὲ τὸ σ. α. χρῆσθαι nempe ut ita supplexas quasi dixisset, x̄ οἴτι τοτεος ἢν οīos, &c. Nisi quis malit ut illud οīos admirantis sit; x̄ οīos ἢν, & qualis, quam admiratione dignus in eo, quod, &c.

P. 151. l. 4, 5. x̄ εἰς πνευματικά πάλιν: ] videtur, τό, τάλιν, hic redimendare; quod tamen agnoscit & Heschelianus codex.

Ibid. l. ult. εἰ δὲ οὐδὲ χαρίτεων, καὶ οὐταρδού] Iniquius hoc Antonini, equissimi Imperatoris, de medicis (ut Architectonicos raseam) judicium videri possit, qui sordidis eos artificibus, ut Xylader verterat; aut vulgaribus, ut nos emollivimus, accenseat: me certè judge, qui ab ineunte adolescentia infirmissima usus valetudine non uni Medico vitam secundum Deum acceptam fero. Oc-

currit hic distinctio, Medici Dogmatici, & Empirici. Occurrit & illud Hippocratis, ινδις, (verus & genuinus) φιλόσοφος, ισθεος; quo quid magnificentius? aut cui potius hoc elogium competit, quam ipsi Hippocrati, cuius scripta reconditissimæ sapientie præceptis, tanquam totidem oraculis, non sine sacro horrore legendis, passim sunt interspersa? Sed iniquum sit, Antonino nostro vitio vertere, quod Platonicus partim, partim Stoicus, cum Platone Stoicisque locutus sit, quibus quicquid ad moralem philosophiam, aut θεολογiacœ fidei cognitionem non pertinet, vulgare sordiduusque. De priore, Sen. Ep. 88. Pueriles sunt & aliquid habentes liberilibus simile bœ artes, quas ἐλαυθρας Graeci, nostri liberales vocant. Sole autem liberales sunt, immo (ut verius dicam) libera, quibus curæ virtus est. De posteriore, divinus Plato; in Symposium: Καὶ οὐ μὴ εἰς τὰ τοιαῦτα (de Deo & Demonibus illic sermo) σοφος, δαιμόνιος εἴη ὁ δὲ ἀλλέ τι σοφος οὐ, οὐδὲ τὰς τέχνας, οὐ χρεουργίας τίνας, βάκχους. Vide & quæ supra, ad p. 127. l. 10. Celeberrimum Medicinæ artis elogium, doctissimi Imperatoris verbis conceptum, & in codicem Theodosianum relatum, in gratiam Medicorum, de me, ut dixi, benè meritorum libet hic coroni dis loco apponere: Τὴν ιατρικὴν ὄπτικην σωτηρίαν τοῖς αἰθράκοις τυγχάνει, τὸ ἑρεύεται χρόνος μαρτυρεῖ. Μίαν καὶ τάντην ἐξ ὑρανῶν δικαίων περοπτικένας δικαίας φιλοσόφων παιδεῖς κηρύττεσθαι. Τὸ γόδικεντες τὴν μετέρας φύσεας, καὶ τὰ τῆς θησαυροῦντων ἀρρασημάτων ἐπαγορεύεται διὰ τάντης.

P. 153. l. 7, 8. τὰ κ. ἡγεμονικῆς ὁρμήσαντα] Scribe, ὁρμήσαντι. i. Cœlesteas: ut paulo post. c. 32.

Vide

Vide &c lib. VII. cap. ultimum, Ἡ τὸν ὅλον φύσις δῆ  
ἡ κόσμος. ὠρμησεν, &c.

Ibid. lin. 20. διὰ τὴν πεπικὴν κίνησιν ] Κόνησιν,  
non κένησιν, utraque Xylandri editio: qui ta-  
men postremum istud in versione secuus est. Ego  
vero κίνησιν, an κέλλησιν legi malim, nondum  
apud me statui. Vocis καλλήσεως latus apud Græ-  
cos usus; de quā nonnulla non protrita, ὁ μακ.  
parens in Athen. l. X. c. XIX. Tὰ εἶδη, propriè &  
philosophicè quæ dicantur, Metaphys. lib. XI. vel  
ut alii lib. XIII. c. ultimo, tradit Aristoteles. Sed  
magis ad rem Diog. Laertii, in vita Zenonis,  
verba: ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἴναι κενὸν, ἀλλ’  
ἴναιδες αὐτὸν τὸτοῦ γένος ἀναγκάζει τὴν τοῦ κόσμου  
οὐρανοῦ τὰ δικτύα σύμπτυχαν καὶ συντονίαν. Antoninū  
ita vero: Ήντος quicquid est, alteri consequens est, per  
motum (vel, si κέλλησι magis arrideat, adhæsiō-  
nem) Localem, conspir. &c. Confer. cum lib. VII.  
c. 7. Πάντα διλήποις, &c. et notatis in hujus li-  
bri p. 133. l. ult.

P. 155. l. 5. ἔχει σοι πάντα χειρῶν. ] Syntaxis ver-  
borū, ἔχειν, non ἔχει, postulat, quæ & MSti. Hæ-  
schel. lectio est. Venustè autē ludit in verborū χει-  
ρῶν ambigua significatione; quæ vel, secundum  
Mentem, seu Dcum: ut Deo gratum est: vel, ut  
tibi ipse cordi; seu, gratum: ad animum tuum, ver-  
ti possunt. Suidas in χειρῶν consulendus. Quæ  
sequuntur, "Εχει δ' οὐχι καὶ τῷ πάντι καὶ ροῦ τῷ  
ἴαυτῷ, cùm τῷ πάντος ambigua sit acceptio, possis  
etiam ita vertere: Ita & cuilibet alii rei in iis quæ  
propria sunt ipsis, felicitas sua constat. Tale quid  
& Aristoteles Ethic. IX. c. 8. πᾶς γένος νοῦς ἀρεταῖ  
τὸ βέλτιστον ίαυτῷ. Vide & quæ supra in p. 141.  
l. 3. Ως τὰ φυτὰ, &c. notata, & ibi Senecam.

Ibid. l. 16. 17. σίνναι σάσιν πολεμίε] Scribe πολέμιε.

P. 157. l. 4. 5. οἵος ὁ σύτελης καὶ γελοῖς σίχος] Chrysippi verba, Plutarcho τοῖς τὸν κοινῶν ἐργασιῶν referente, hæc sunt: "Ωστὸν δὲ Καρμαδίας ὀπιζόμενα πατα (quod Antoninus hic σίχον) γελοῖς φέρεται, αὐτὸν δὲ τὸν κακὸν δὲ φαντα, τῷ δὲ ὄλῳ ποιήματι χάριν τινὰ φερεῖ θησαυροὺς ἔτοις φέξεται αὖ διπλῶς ἐφ' ἑαυτῆς τὴν κακίαν τοῖς δὲ ἄλλοις εἰκάχησθαις δέται. Hæc utcunque Plutarchus acerrimè ut factua & stolida exagitet; Chrysippo tamen in promptu patroni, virti maximi, Christiani gentilesque, si hoc nunc ageremus.

P. 159. l. 7. οὐδὲ θεώρω οὐ έτέρης αὐθεώποις] Cōfer cum c. 7. l. IV. "Οτι πᾶν τὸ συμβαῖνον, &c, Ideo hīc velle Antoninum, quod ibi, vel τὸ, παρεφυλάξεις fidem faciat. Sed manca sunt hīc ejus verba, integrā, ni conjecturæ fallor, linea. Fortasse haud male ita restituas: οὐδὲ φυλάξεις οὐδὲ συμβαῖνει, ταῦτα τῷ διπλῷ συμφέρειν αὐθεώποις, οὐ έτέρης αὐθεώποις.

P. 163. l. 14. Εἰ κυβερνῶται οἱ γαῦται] Doctissimo Cantero non assentior, κυβερνῶται, &c. corrigenti. Sententia sine hac mutatione plana & optima; Qui sapiant, eos ad vitæ finem omnia referre: de eo uno eos esse sollicitos, cuius unius (ut æterni Salvatoris utar verbo) χρεῖα δέ: certa quæcumque pro indifferentibus eos habere. Autēs, ipse, in proximis verbis eleganter pro gubernatore, & medico; καὶ ἐξοχὴν; de quo Suidas, Eustathius, aliique Grammatici.

## Notæ in LIB.7.

**Pag. 171.l.10.11. χὶ ἡ σύνδεσις ἐργά.]** De re vide lib. VI.c. 28. In verbis his allusio ad vetus illud, Ἡρόλατον ἄμυνα, *Nodus Herculeus*; qui olim facer. Consultantur *Adagiographi*. Plotinus Ennead. III. lib. 1, Περὶ ἐμμεμένων, de hac τῇ ἀτίσιν ἐπιπλοκῇ, χὶ πᾶν ἀνάδειν, ut ipse vocat, εἰρημῶ, multa subtiliter. Vide & supra in pag. 89. lin. 8.9.

**P. 173.l.6. ἔπω σε καταληπτικῶς]** Confer cum lib. VII.c. 4. ἴδιον γέ φησι, &c. Et hujus VII. c. 17. τὸ δικιονον, &c. Quæ à nobis illhic exponuntur. Cautum te volui, ne cum lib. IX. p. 263. hanc ipsa in re καταληπτικῶς invenies, hic quoque censeret esse necessarium.

**Ibid.l.20. καὶ φοβεῖς ἔαυτὸν εἰς ἐπιθυμίαν]** Scribo, καὶ φοβεῖς ἔαυτὸν, οὐκ ἀγαθοῖς ἔαυτὸν εἰς ἀθυμίαν nisi fortasse ἐπιθυμία latiori notione, pro ταῦτῃ qualicunque; ut cum Δυχὶ ἐπιθυμητικῇ, in genere opponitur τῇ λογικῇ. Ita in loco Platonis, de quo supra in IV. p. 99. εἴ τοι σώματος ἐπιθυμία.

**Ibid.linal. τὸ φεὶ τέταν ὅλως νεολαεμβάνον]** Hic recolendum, quod sepius Antoninus incalcat, mentis unius esse prout his aut illis dogmatibus imbuça est, τὰς καίσεις, & νεολάΐσεις formare; à judiciis & opinionibus pravis & falsis oriri τὰ πάθη, metum, luctum, alia, εἰ τῇ Δυχῇ, vel ut hic loquitur, εἰ πᾶν Δυχαῖον; id est, in parte animæ sensitivâ & irrationali. His ita constitutis, de verbis ita censeo; τὸ φεὶ τέταν ὅλως

ἄλλος ἡ ταχαίμενός εἰσὶν, καὶ διὰ τὸ πάθη (vel, καὶ τὸ πάθη) εἰδὲ γένος εἰς κείσιν τοιαύτην, &c. legendū esse. Αγενὴ εἰς κείσιν, ut libro primo, αγενὴ εἰς ἔργον, & alia id genus. Vero, *Animula autem, quae timere, quae dolere sola potest; quae verò de timendi vel dolendi causis nihil omnino potest opinari, nec illa quicquam patietur non enim illā in tale judiciū (vel, opinionem; ut dolendi scilicet aut timendi causas habeat) induces.* Hinc Stoicis, τὰ πάθη, κείσις, id est, opiniones. Servius in Virgil. Æn. VI. *Varrō & omnes philosophi discunt quatuor esse passiones, duas à bonis, duas à malis opinatis rebus. Nam dolere & timere duas opiniones mala sunt; una presentis, alia futuri. Item gaudere & cupere, opiniones bona sunt; una presentis, altera futuri.*

P. 175. l. 6. 7. Εὐδαιμονία δέ, δαιμονία ἀγαθός, ή ἀγαθόν] Puto scribendum, ή ἀγαθῶν, bonū faciens: ut κακῶν, malum faciens; lib. IX. c. 4. Suidas (aut aliis quisquis est apud illū) in Εὐδαιμονίᾳ, pluribus prosequitur, & vim argumenti ab ἐπιμελογίᾳ petiti notat. Ex Platone Alcinous, de Doct. Platon. cap. 27. & Apuleius, de Deo Socratis derivatum confirmant. Cicero apud Amm. Marcellinum δαιμονία, fortunam videtur interpretari. *Fælicitas* (inquit) est fortuna adjutrix conflitorum bonorum; quibus qui non nescit, fæelix nullo pacto esse potest. Haud multò aliter & Theognis, Οὐδεῖς ἀρθρώπων εἴ τ' ὄλεις οὐ τε πενιχρός. Οὐτὲ κακός, οὐδεὶς δάμανος, εἴ τ' ἀγαθός. At Seneca credo magis ad Antonini mentem, Beatus cui nullum bonum malumque sit, nisi bonus malusque animus. Vide & lib. X. c. 15. postr. verbis. De vocis δαιμονίος variā notione, vide supra in l. IIII. p. 51. l. 15.

Pag. 177.l. 17. Tὸ ἔθικοτον, &c.] In hac sectione quædam in textu præter institutum corriga, quæ operis typographicis adscribi vetat Xylandri versio. Moneo igitur relector, ἢ τὸ τελευταῖον & mox, οὐταίδην τὸ ἀμαρτάπειν, utramque Xylandri editionem exhibuisse. Confirmandæ verò correctioni versionique nostræ en tibi locum unum aut alterum ex Senecâ. Ep. 90. postremâ: Multum autem interest, utrum pecare aliquis nolit, an nesciat, &c. & mox, Virtus non contingit animo nisi instituto & edocto, & ad summum assiduâ excitatione perduco. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur; & in optimis quoque autequam eruditis, virtutis materia est, non virtus. De Clem. II. II. Quid ergo est propter quod bene fatus dictisque quam familiarissimum esse te cupio? at quod nunc natura & impetus est, fiat iudicium. De vita 6. cap. V. Potest beatus dici, qui nec cupit nec timet, beneficio rationis. Qoniam & saxa timore & tristitia carent, nec minus pecudes; non ideo tamen quisquam felicia dixerit, quibus non est felicitatis intellectus.

P. 181.l. 4. ὅτι πάντα νομίστι] Quò spectent hæc Antonini, ex his Diog. Laertii in Democriti vita verbis, intelligamus. Δοκεῖ δὲ αὐτῷ τὰ δέ τις ἀγχός εἶναι τὸ δλαν ἀτόμων, καὶ κερδὸν τὰ δὲ ἄλλα πάντα νερομίσται δοξάζεσθαι. Et ibid. rursus pagina sequenti; Ποιητὰ δὲ, γῆμινα εἴναι φύσει δέ, ἀτομα καὶ κερδόν. Hoc opinor vult Laertius, Democritum credidisse, fortitum atomorum concursum (δι insanum si verè credit) primam rebus originem dedisse. exinde, quæcunque facta sunt, & accidunt, ordine & ratione (providentiam intelligo) dispensari. Fortasse scripserat Antoninus, ὅτι π.

νομίστι

νομιστὶ ἔχει ἐι δὲ ἀτομα τὰ σωρεῖα. vel, ἐι δὲ μόνα τα σωρεῖα; quæ calu scil. & concursu atomorum; at sufficiat id tibi meminisse, (cupidus assertor providentiae, undique libenter arripit quod suæ sententia faveat) ὅτι τὰ π. νομιστὶ ἔχει, οὐδὲ λίαν ὀλίγη, aut panca saltem quæ secus; ut Xylander in Notis & versione.

Ibid.l.7. οὐδεμάσμὸς, οὐδέτομος] Scribo, οὐδεμάσμὸς, οὐδέτομος ἐιδ' ἔνωσις, ητοι σθ. οὐδέτομος] Μετ. Solet Antoninus τὰς ἀτόμους, & τὴν ἔγωστυ, ut contraria principia opponere. Vide lib. VI. cap. III. & VIII. Ητοι κυκλῶν, &c. Ibi vides, (ut & alibi saxe) positis atomis οὐδεμάσμῳ inferri. Nam si vita, contextus, seu concursus (συγχειμάτιον alicubi nuncupat) atomorum; sequitur ut mors mera sit atomorum earundem dispersio & dissipatio. Si vero ἔνωσις statuitur; & mandus, unum corpus, quod à Deo certis legibus administratur; tum mors vel οὐδέτομος, (si vera illorum opinio, qui quamvis agnoscabant providentiam, animam tamē statuebant esse mortalem) & spiritus extincio; vel μετάστασις, seu translatio, si secundūm alios sit anima corpori superstes. Vide l. V. c.25. τί οὖν φεύγεις, &c. & lib. VIII. cap. 22. τέτταν διν μεμνήσθαι. &c. Mox, ἀπόληψη vocat obfirmatam animi constantiam, quā doloribus corporis fortiter obnittitur, & aditus ad se quasi p̄aecludit omnes. Plenior vocis explicatio, à Medicis petenda, quibus hac occlusionis notio-ne in usu crebro. Nec aliter illa lib. IV. pag. 69. lin. penult. ἐπειδὴν καταξί ἐστιν ἀπολάθη: postquam semel se occluserit; vel ut significantius, quam Latinius loquar, cum semel, omni interdicio sibi cum corpore commercio, se sequestraverit.

Hinc

Hinc etiam, ut obiter moneam, confirmatur nostra (de quâ ad pag. 69.l.10.) conjectura, prout autem ἀποκλύσαι, aut την ἀποκλέσαι legentium, cum ἀπέληφτις, & ἀπελαμβάνεις, à medicis & aliis, per ἀπόκλεσιν, & ἀποκλέσαι exponantur: & τὴν ξαυτῆς γαλήνην χῇ λύτρῃ διατηρεῖ, quod hīc non aliud, quam quod ibi πάσσαι αὐτην ἀποκλεῖσαι.

P. 183.l.18,19. καὶ ἀρδεῖς ἀγαθοῦ οὐκ εἰς] Ita Lugdunensis editio, ex priore Xylandrinā, ut alibi diximus, expressa. Quæ de illâ in p̄fatione monuimus non hic repetemus. Corrige igitur ex II. & meliori Xylandrinā, (nam ita in Platone) καὶ ἀρδεῖς ἀγαθοῦ οὐκ εἰς: Et officiumne faciat viri boni, auctoritate: ut Xylander verterat.

P. 185.l.13,14. ὁ τῷ πόθεν ἀναθεν κάτω] Omissa nescio quo casu in textu verborū istorū interpretatione: Tamquam ex superiori aliquo loco intuendum est, &c. Xylandri utraque editio ἀναθεν χῇ ἀγέλας, &c. quod si quis malit, quam τὸ, κάτω, quod hīc editum, judicio suo fruatur. Sensum certè nos expressissime, ex aliis similibus locis p̄fessare possumus; ut lib. IX.c.25. Αναθεν ὅπερεσπειρον ἀγέλας μνείας, &c. & lib. XII. c. 194 Τείτου, εἰς ἀνα μετέωρος ἐξαρθεῖς ματακέψατο τὰ ἀνθερώπεια, &c.

Ibid. l. 17, 18. τὸ δὲ τὸ ἔναρτιον συγκοσμίαμον] Mundum ex contrariis constare, pulchra & ingeniosa, non philosophorum tantum, sed Oratorum & Poetarum observatio est. Et vulgo quidem de elementis exponunt: ut Ovidius, Metam. I. fab. VIII.

Quippe ubi temperiem sumptere humorq; calorq;, Concipiunt; Et ab his oriuntur synctæ duobus.

Cumque

*Cūq; sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes  
Res creat, & discors concordia fætibus apta est.*

Credidi aliquando pro , *vapor humidus*, *ca-*  
*tor humidus*, in Ovidio scribendum esse: sed po-  
stea non Lucretium tantum qui sæpiissimè; sed  
& alios quoque melioris notæ scriptores animad-  
verti, *vaporem* pro *calore* non raro ponere: unde &  
*vaporare*, Lucretio, pro, ardere; & Horatio pro, ca-  
lefacere. Ut Ovidius hîc, ita plerique alli in elemé-  
nis discordem hanc concordiam ostendunt. Quâm  
verò latè pateat hæc observatio, doceat vel unus  
in aureo ( dignissimo certè ob exquisitam sapi-  
entiam , nîu vetaret argumenti sublimitas ,  
quod vulgò notius esset ) Metaphysicorum Frag-  
mento Theophrastus. Ibi cum τὴν ἀπασχυτοῖς  
ἔξι ἀρτημένων , his aut similibus aliis verbis,  
constare non semel pronuntiet, eò & Euripidis  
de virtutis & vitiis, prosperorum & adversorum  
in vitâ humana vinculo & vicissitudine notissi-  
ma verba, c. 7. referri posse censet. Sed verba  
Euripidis, quæ manca apud illum leguntur, ex  
Plutarcho, qui non uno loco laudat, ita restitu-  
enda sunt. Οὐκ ἀγένοτο χαείς ἐσθλὰ καὶ κακά,  
Αλλ' ὅστις σύγχρονος, ὃς ἔχει καλῶς. Atque  
hîc (quod ut bona Lectoris cum venia mibi liceat  
ero) libet aliquantis per non tam præter argu-  
mentum, quâm præter institutæ brevitatis ra-  
tionem excurrere. Non Antonino sanè, non malo  
sapientiæ magistro , navabitur hæc opera ; sed  
ipsissimo tum sapientiæ omnis , tum salutis au-  
ctori fontique C H R I S T O : à quo atrox con-  
victum, quod Christiani hominis & Jesuitæ, non  
malitia, (absit) aut impietas, sed importuna su-  
spicio sacratissimo ejus Nominis impegit, Ethni-  
corum

corum ope & auctoritate instructi depellemus. Themistius, Orator Ethnicus, Orat. XII. Jovianum, Christianum Imperatorem ob sanctam legem, Religionis libertatem laudans, hæc inter alia habet, ut Parisiensis a. d. 1618. editio ea exhibet *τὸν Αγαθὸν μὴ τὸν κακὸν τὸν τοῦ πονητοῦ σύνει τὸν θεότατον αὐτοκράτορα μάλιστα δέ, οἷς εἰπόντοι μόνον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεομούς εἴχουσι ταῖς φαντασίαις, Εμπεδόκλεος, καὶ μὲν Δία ἐκέντη τὸ παλαιόν. οἷδε γὰρ ἀκείνως, δτι τὸν αὐθεωπίνων ἀγαθὸν ἔκδειψαν ἀπάτη καὶ φενακισμὸς παρεπέπηγε, καὶ ταῦτα μεγαλοφρόνησαν μαγγανία, καὶ συστέλλειν ἀγυρτέα καὶ διὰ τοῦτο, τὰς μὲν περάγει, τὰς δὲ καλύει, &c. Hic Petavius Jesuita, Themistii editor & interpres, questus in Notis de loci obscuritate conjecturam hanc proponit, Christum à Themistio per Empedoclem designari, quasi se ille perinde ut *Empedocles Deum haberi voluerit*, coque ipso suo conatu mortem sibi arcessiverit, ὅτι μὴ θεόν τὸν τέτοῦντον ἐλεγεν εἶναι (quæ Taciani de Empedocle verba) κατεψεύσεται. Hæc suā conjecturā propositā, Atque utinam (concludit Petavius) aliam bæc quæ dicit sententiam pati possint. Magno quippe redemptum velim, ut ne tam consceleratum dictum elegantissimis hisce scriptis illigatum fuerit. Gaudeo hanc mihi occasionem oblatam de viro non optimè de Casauboniano nomine merito benè merendi. Nullum in rebus humanis sincerum bonum esse, cui malum vel apertum & manifestum, vel specie boni fallens annexum non sit, ex adverso (*τὴν τὸν περιγράμματον ἀριστοχίαν* eleganter vocat Plutarchus, ad illam de quæ diximus elementorum contrarietate fortasse alludens*

dens) oppositura; eamque vetustissimam fati seū  
 providentiaz legem esse, tot ex antiquis sunt qui  
 observant, ut quis non dixerit, quām quis dixe-  
 rit, invenire difficultius sit. Ut igitur Platonem,  
 Theophrastum, Dion. Halicarnassum, Dio-  
 dorum Siculum, Dionem Chrysostomum, Loni-  
 ginum, & Ethnicos alios Gracos; ut Procopi-  
 um, Christianum, aut semi-Christianum poti-  
 us; ut Gr̄cos Patres; ut Latinos, Patres; ali-  
 osve cujuscunque generis omnes omittam: The-  
 mistius ipse jam supra Orat. III. aliis verbis  
 eandem sententiam complexus erat; ubi ait:  
 (Latinis autem Petavii Interpretis brevitatis  
 causā contenti hīc erit) Sane unumquodque  
 eorum quae in hominum vitā sunt bonorum, pericu-  
 lo semper aliquo tectum & obolutum videtur,  
 nullumque est contrarii penitus expers ac sincerum:  
 Nec absurdè quidam scenicus poëta dixit, Nullum  
 in vita bonum esse, quod Radice ab unā, qualis  
 arbor, prodeat; Sed semper illi quod malum est,  
 adnascitur. Laudat igitur Themistius Imperato-  
 ris Edictum, non eo solum nomine, quod reli-  
 gionis optionem liberam reliquerit, sed quod  
 cādem lege quā id permittebar, grande istud ar-  
 canum (Θεσμούς ipse vocat appositissimo voca-  
 bulo) ab Empedocle, veteri philosopho, primū  
 animadversum et literis proditum, de boni ma-  
 lique confinio, & indissolubili nexu disertis ver-  
 bis executus fit: aut si non disertis ille verbis, ac  
 ipso tamen effectu propositoque legis (saltē  
 ut Themistius proposito suo serviens interpreta-  
 tur) insinuaverit. De Empedocle, Plutarchus,  
 Πλει ἐθνυμίας, testis; Παλίνπροπος, inquit, ἀγ-  
 γεοντι κόσμος, ὥστε λέγεις καὶ τόξου καὶ πάρθενος

τον καθαρόν οὐδὲν, οὐδὲ ἀγρύει. Et mox post laudatum Euripidis eundem quem laudat & Theophrastus in eam rem locum, pergit, Οὐ γὰς (αἱ ὁ Μένανδρος φοιτοῦ) Ἀπαντεῖ δάίμονας ἀρδεῖ συκηταρεσσατεῖ Εὔθυς γενομένω μυσαγωγος τὸ βῆτον ἀγαθός ἀλλὰ μᾶλλον (αἱς Ερμηδόκλης) διτται τινες ἔκαστον ἡμῶν γενόμενον παρελαμβάνον καὶ κατάρχονται μοῖρας καὶ δάίμονες. Et post prolatos Empedoclis versus (verbis, ut pleraque sunt Empedoclis, non usitatis quidem, sed id tamē ipsū quod Themistius hīc, non obscurè, si quis attendat, innuentibus) ita pergit: Ωσα τούτων ἐκάστη σπάρακατα τὸ παθῶν ἀνακεκραμένα δεῖται μόνις ἡμῶν τὸ γενέσας, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ἀναμαλίαν ἔχόντες: cætera apud ipsum legantur. Themistii sententiā sic expositā, & extra controversiam positā, de verbis videamus; que etiā longè aliter accipienda quam voluit interpres, minimā tamen & ferè nullā mutatione sic scribenda censeo; Ἀγαθός μὲν ἐν καὶ τὸ ἀλλον (ita malo quam τοὺς ἀλλούς; quod tamen ferrū potest, nec sententia quam volumus incommodat) τε κ. π. τὸν θ. α. μάλιστα δὲ οἷς (id est, τούτων, vel ἔκειτων, οἷς) οὐκ ἐφ. &c. Dignus, inquit, Imperator, quem venerantes admiremur, tum ob alia que lege illa continentur, tum præcipue quod non solum religionis libertatē indulget, sed & eternas illas leges à Deo latas non minus petite, non ille (Imperator scilicet) per Jovem, (elegans hæc d'vasi πλανούς, seu δηλευξίς est dicenda, non intellecta præcipue decepit interpretem) quādū vetus ille Empedocles explicet. Sed ad Antonini verba ut redeam, vim τὸ συγκοσμήσιν hoc loco plenius intelliger, qui conferet cum iis

que multa scribit in hanc sententiam author libelli quantivis pretijs, (Aristoteli vulgo adscripti) De Mundo, quibus nihil dici potest versusius & elegantius. Vide ibi rem alibi non uno loco, tunc præcipue cap. V. Διὰ τὸ κόσμος ἐκ τῆς φύσεως αἴγανον οὐρεσίκας, διαρρέεται.

P. 187. l. 7. Εποτοῖς καὶ ποτοῖς] Xyl. utraque editio, Καὶ σίτους καὶ πότους, (II. ed. πότοις) καὶ πυργετέρους. Nos quod editum est (quod tamen in textum receptum notemus) ex Plutarcho in Πλατωνικῷ Απολ. promptius. Euripide laudat authorem Plotarchus: sed in Euripide mihi non haudenus reperta:

Ibid. l. 13. καθετακότερος] Plutarchus in Apophth. Lachonicis, ultimo: Λάχων τινί ποτοῖς εἰς Ολυμπίαν ἤπει τις, Ο αὐταγωνίσκος, ὁ Λάχων, ἐγένετο εἰς κρέσσων. Οὐράκης, ζηρ, αλλὰ καθετακότερος. Affinitas apophthegmata, unum aut alterum, in eadem Plutarchi collectione reperias.

P. 191. l. 7, 8. ὅττι καὶ διδάσκειν ἐφ' ἡνὶ φρεγῖς] Dubito an sensum sim affecutus; certè vocem διδάσκειν longe aliiter exponi posse non ignoro: sed ut hīc magis quadret, quā possit exponi non video. Alius cogitat.

Ibid. l. 13. οὐρετὴ] Erat aliquis fortasse qui malit oures os: quod mihi non displiceret. Nihil tamen temerè mutandum censeo.

Ibid. l. penult. εἰ βλέπων] Scribe, εμβλέπων: ut & in Manuscrip. Hæschel. c. 17.

P. 193. l. 7. ἔτεις γόνον ωλκή δοτῶν] Scriben-  
dum puto, (quod & verti) λογική, non ωλκή. Paf-  
fim ista, τὸ λογικὸν, (sive, νοερὸν) & τὸ κοινω-  
νὸν, (sive, quod perinde est, πολιτικὸν) conjungit

Antoninus

Antoninus. Ita paulo post, c. 42. dei γῶ μαι τὸ παρεγένετον ἀρχῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς. Et l. VIII. c. 2. τὸ τέλον ἀπόγνωστον, οὐ τὸ παρεγένετον (ἀντίτιμον καὶ πολιτικῆς, καὶ ἴσον τοῦ φιλοσοφοῦ & Deus λόγος, & λόγῳ mundum gubernans) θεῷ; Vide & hoc ipso lib. c. 45. <sup>Οὐδὲ οὐδὲ λογική,</sup> &c.

Ibid. l. 16. τοὺς τοὺς ἀπανθρώπους] Dubito vulgariter sensu ἀπανθρώπου hinc velit Antoninus; an ut Plato in Phædron explicat. Si vulgariter, non dubium quin legendum sit, στόχος εἰ απανθρώπους οὐτοὶ τοὺς ἀνθρώπους. Cave (inquit) ne dum malis (quod vulgo laudi datur: unde illud Plauti, *Nemesis bonis ferre reor aequum maxime;* Ut mala malis: quod pertinet & lex talionis veteribus philosophis probata) malus es, &c inhumanis inhumānum te præbes, odio illorum unus ex illis ipse evadas.

P. 199. l. 1. οὐ λογικά καὶ τὰ κυριώτατα ἔστιν] Scribe, οὐ λογικὰ (vel, οὐ τὰ λογικὰ) τὰ καὶ quomodo & vertientur. Possis etiam ita, οὐ λογικὰ καὶ τὰ κυρ. vel qua ratione predita, & (inter Dei creaturas) precipua, ea sunt utique circa quae, &c. Sed meo iudicio non ita bene.

## Notæ in Lib. VIII.

P. Ag. 261. l. 6. φιλόσοφος] De multiplici vocum φιλόσοφος & φιλοσοφίας apud Graecos scriptores acceptione quedam in Notis Anglicis pridem monuimus; sed multe plura parata habemus, ex quibus non parva lux haud paucis authorum locis vel obscuris vel à Latinis interpretibus male acceptis inferri possit. Partem op-

cupavit nuper vir Clar. (quem honoris & obser-  
vantiae causa nomino) Desid. Heraldus, in do-  
ctissimis *Rerum Judicatarum* libris: non pauca  
tamen aut locia supersunt, quibus alibi fortasse  
locus erit.

Ibid. l. 14. οὐδὲ δίποτε ὡς οὐ φύσις] Editum  
prius, οὐδὲ δίποτε οὐ φ. Θ. Ciástei: pendente  
& imperfectâ sententiâ. Sensum recte Xylander  
(nisi quod οὐδὲ δίποτε, quantumcunque id erit,  
plus minusve scilicet, omisit) expressit. Ita &c.  
lib. VII. c. 32. τὸ λαϊκὸν ἐκ τῆς π. Καὶ τὴν  
φύσιν.

P. 203. l. 12, 13. οὐδὲ φρέγοια, καὶ διά τόσουν]  
Lego, οὐδὲ φρέγοια, καὶ διλεία τόσων vel, οὐδὲ<sup>της</sup> αγροῖς (vel, αγροῖς) καὶ διλείας τόσον: in eam  
sententiam quam in textu expressimus. Lib. VII.  
c. 40. de Socrate, μὴ μὴν φυλεύων τινὸς αγροῖς,  
&c. Similes apud Ciceronem & Senecam quorundam  
qui vel fortunæ sublimitate, vel rerum bello  
gestarum magnitudine perillustres, cum philosophis  
comparationes elegantissimæ non sine  
fructu comparandæ, quibus animus & otium.

P. 205. l. 16. συλλ. τὰ πάντα τῆς δὲ] Xylandri  
utraque editio, τὰ πάντα. τῆς δὲ φρέγας & ἄλλ. male;  
sed longè pejus, quod in versione securus est.  
Corrige, τὰ πάντα τῆς φρέγας, &c. Sed & su-  
periori linea, μὴ εἰ τὸ ἐν φρέγας τὸ ἐν, non ut ex Xy-  
landro editum, μὴ εἰ τὸ φρέγας ἐν, legendum.

P. 209. l. 9, 10. εἰ μὴ γὰρ δύνασθαι] Defectus  
in his, qui supplendus ex Hæscheliano (cujus ali-  
bi meminitaui) exemplari, cujus hæc scriptura:  
εἰ μὴ γὰρ δύνασθαι, διόρθωσον εἰ δὲ τῷτο μὴ δύ-  
νασθαι, τόχες περιγραμμα ἀντὸν εἰ δὲ μισθὲ τῷτο, φρέ-  
γας τῇ ἔτει συμφέρει τὸ μ., &c. Nec puto, hic quidem,  
aliter

aliter Xylandrum in suo codice reperisse; sed ab operis typographicis quibus locata prima editio, primò hoc detrimentum commissum; ab iis, ad secundam editionem, quæ sœdissimè & ipsa contaminata est, ex incuria & inadvertentia transmissum. Fundus mihi hujus suspicionis tum ipsa Xylandri versio, cui in his verbis planè cum Hæscheliani codicis scripturâ convenit; tum verò quod alibi quoque idem accidisse comperi; de quo plura dicemus ad libri IX. initium. Vide & ad ejusdem libri c. 35.

P. 215. l. 6. ἔτειδι τὰς ἄλλας, μὴ] Scribo, ἔτειδι τὰς ἄλλας μὴ, &c. Percurre alia istiusmodi, in quibus non unius hominis mors spectandæ proponitur: exempli causa Pompeios. Neque multo aliter Xylander in primæ editionis versione; quam secundis ejus cogitationibus præferendam censui. in posteriori siquidem quod anteà veterat, Defecit tota Pompeiorum gens: mutavit, ut urbs Pompeii perierunt. Sanè de Pompeiis, urbe, jam antea lib. IV. c. 30. Antoninum egisse, πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι, &c. non me latet: at huic loco tamen aptius, me judice, ut ad Pompeiorum familiam verba referamus, quæ in Cnæo & Sexto Pompeiis, Magni filiis, extincta fuit. Familiam dico, non nomen, aut gentem; ex quâ viri magni & illustres, etiam post illos extintos.

P. 217. l. 12. τε μ. τάξιν ἀπολαβεῖν ἐποίησεν] Legendum (quod qui superiora consideratè leger, agnoscat) απολ. ἐπέβεβεν: cuius lectio-  
nis vestigium exhibet Epictetus Hæschelianus,  
in quo non ἀπορραγεῖν, sed (quod & hic resti-  
tueadum) απορραγεῖν: ut quod cum ἐπέβεβεν  
scilicet, non cum ἐποίησεν (quod vetat syntaxis)  
coepitandum sit.

Ibid. l. 13. 14. ἔκαστος τῷ λογικῶν χειρὶς ὅστε] Locum hunc potius imperfectum quam corruptum suspicetur aliquis, & sine ope melioris codicis incurabilem. Ego verò minimè mutatione plenum & perfectum ita reddo: *συράπτεις* εἰς ἔκαστος τῷ λ. ἀσκέδαιον οὐ τῷ λ. φ. Verbo χειρίζειν, alludit Antoninus ad fatalia illa dolia quæ poetarum ingeniosissimus & sapientissimus alicubi describit; sed magis ad celebrem illam Pandoræ pyxidem, in cuius narratione tum Hesiodus, author fabulæ; tum alii verbo σκεδάσσειν solent uti. Causa voculæ, εἰς, omittendæ, præcedens dictio in εἰς designens: omitti illâ, quia non constabat sententia, tentata cætera & corrupta. Sed & ita non male fortasse, "Οὐ αἴσθα τὰς δλλας μυν. Σύνετης ἐνδέσφι τῷ λ. χειρὶς ὅστε, &c. Tē δίνετε omittendi eadem hinc quoque causa fuerit, scripturæ cum præcedente *συράπτεις* affinitas.

P. 219. l. 6. Μήτι νῦν παραχωρεῖται] De Pantheâ, mariti loculo, seu (ut Petronius) arce assidente, fasce Xenophon. De cæteris quos nominat hic Antoninus, nihil habeo quod dicam.

Ibid. l. 15. 16. Κλέπτε κείσθε φοῖσι, συφάτατοις] Fortassis, συφάτης, vel συφάτata. Confer cum lib. III. c. 13.

P. 221. l. 8, 9. οὐ δὲ τὸ κοινὸν λαμβάνεις] Vox ὄρμη propriæ de motu animæ sensitivæ. Sic lib. III. c. 14. Σαρπε, Λυχῆ, νῦν σώματος αἰδίσσεις, Λυχῆς ὄρματος, οὐ δούματα. & hoc ipso cap. primis verbis, Εὐποδούμος ὄρμης ὄμοίος κακούς ζωτικῆς φύσεως. Ζωτική autem, à φυτικῇ & νοσηῇ diversam constituit. At interdum tamen ὄρμη & ὄρμη de rationalis mentis agitatione, etiam diuinæ: ut libri præcedentis ultimo capite: Η τοι ὄλη

Ἄλλοι φύσις δὲ τὸν καρποτοίλαν ὄφεντεν : de mundi  
creatione secum deliberavit. Vide & supra ad pag.  
153. Lin.7, 8. Dicit igitur Antoninus; Οὐμένον-  
τι τοι aliiquid accidit quod ὄφη της obstatet?  
Sancte si ἀός λογικὸς, vel ὀντο λογικός, (tale  
enim aliiquid subintelligendum est) αἰντρεῖσαι  
τοις (i. e. sine legitimā υπεξαρσίᾳ & exceptione;  
vide quae supra ad lib. IV. c. I.) ὄφεν, jam vere  
quatenus es rationalis aliiquid mali passus es. Εἴ  
δή τοι καρπὸν λαμβάνεις; si vero τὸν ὄφην, & ὄφ-  
ησσαν, ut vulgo, accipis, nihil mali, &c. Positis eti-  
am ad τὸν ἔργον referre. Si vero τὰ ἔργα popu-  
lari notionē intelligis, &c.

Ibid. l. 12. ötar yēntas opaīges]. Cum mens  
aut animus opaīges sive opaīgesq[ue] semel est,  
idem semper est, nec ulla vel interea, (ꝝ mādūs)  
vel externā fortunae vi de statu suo. dejicitur. Vi-  
de lib. XI. c. 11. & lib. XII. c. 3. & quæ ibi dicen-  
tur.

P. 223. l. 5, 6. ταῦται ὁργὴν καὶ πτυχὴν.]  
Ad morem demissimè supplicastionem alludic  
opinor Attalicus prioribus duobus verbis. Non  
enim solùm in terram abjecere se , sed & corpus  
totum porrigeere (ut alibi fuisse peculiari de A-  
doratione tractatu , docemus) soliti, qui demi-  
fissimè , ritu tamen non tam Romano, vel Graeco,  
quam barbaro , supplicabantur. Tè οὐδεπούκαν ,  
quod Xyl. ita reddit , quasi οὐδεπούκαν re-  
perisset, contracitum , vel suppressus vocari potest.  
Sen. In amissione acriminorum necessarius morsus  
est, & firmissimorum quoque animorum contratio.  
Idem alibi , Qui se letis rebus non instavit ,  
nos adverabis contrahit. Sed hoc potius οὐδέπολε-  
ται , quam οὐδέποτε. At idem alibi cum

supprimere sc̄ ac descendere dicit, τὸ συνδέεσθαι videtur in animo habuisse. In sapientem, &c. c. 10. Non dubie enim contemptum se judicat, Θ. hic morsus non sine humilitate quadam animi (ταπεινώσει τὸ ψυχῆς nam ταπεινοφροσύνη Christianis aliud) evenit, supprimens sc̄ ac descendens. Hæc autem quatuor verba ad unum idemque τὸ συγχεγμόντων καὶ χετιλαζόντων τὸ πάθος exprimendum, ut ex contextu colligas, ab Antonino h̄ic adducuntur. At idem alibi τὸ ἐκτένεσθαι (quæ propria τὸ ὀρέγεσθαι significatio) τῷ ξεω συνβέχειν καὶ συνιζάνειν (lib. XI. c. 11. Σφαιρα. ψυχὴ, &c.) opponit. Confer & cum lib. VIII. c. 43. Μῆτε ἐν τὸ πρόξεσι δικούγεται, &c.

P. 227. lin. 14. φύε σεαυτὸν] Malim, φύε σ. non enim τὸ φύομαι, quod sciā, solet activè sumi.

Ibid. lia. 18. ὁ οὐ μὴ εἰδὼς ὁ, τι πάρικεν] Τὸ τρέψις, quod operarum negligentia præteritum, ex ultravis Xyl. editione revocandum, ὁ οὐ μὴ εἰδὼς τρέψις ὁ, τι π. Qui cur mundus factus sit non intelligit, &c. Proximā lineā, ὁ οὐ ἐν τι: vel ὁ οὐ ἐν τινι τέτων: vel, ὁ οὐ ἐν τι τ. ἀπολείπεται, corrigendum.

Ibid. l. 21, 22. τὸ κροῖ. ἔπ. φεύγων ὑδίαν] Scribo, τὸ κρ. ἔπ. φεύγων ἡ διάκονος, οἱ &c. Φεύγειν καὶ διάκονον apud hunc nostrum alibi non semel, tum apud alios plurimos ut τεχνικὰ in hoc argumento vocabula conjungi ferē solita. Dixit autem elegans βεργχυλογία, τὸ ἔπ. φ. καὶ διάκονον, pro φόγον φεύγων ἡ ἔπαινον διάκονος: ut I. ad Cor. 4. 5. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενόσται ἐκάστῳ τῷ τῷ θεῷ: ἔπαινος solius meminit Apostolus, cum ἔπαινος ἡ φόγος Θ. sententia postulet. Si quis ἔπαινος h̄ic τὸ μέσον, quæ tam in malam quam bonam

bonam partem capi possunt, esse malit, (Hesych. certè, ἐπαυτὴν, ἐπαυτῆν, vel δεινὴν & φοβερὴν interpretatur) exemplum requiro: nam quod ἐπαυτὴν aliquando pro recusare aut averari ponitur, id aliunde est.

## Note in LIB. IX.

**P**ag. 235. l. 10. πρεσβ. τὸ θεῶν. οὐ γένεται οὐδεν.] Deficit hic integra linea & sententia in utraque Xyl. editione, quam nos ex Hæscheliano exemplari postliminiò revocabimus. Scribe igitur, πρεσβ. τὸ θεῶν. Καὶ ὁ Λευθόμενος ἢ θεοφόρος τὸν θεούντοντα θεόν. οὐ γάρ τὸ οὐδεν, &c. Hunc autem defectum, non à manuscripto Xylandri codice, sed ab operis primæ editionis (quæ in secundâ editione non animadversum & suppletum, malum factum) constructoribus aut extrusoribus potius, manasse, ex ipsâ Xyl. versione, quæ cum Græcis plenis & perfectis καὶ πόδα consentit, constare contendenti queat. Vide & supra in lib. VIII. p. 209. l. 9, 10.

Ibid. l. penult. φερόμενος παρὰ ξαυτὸν] Τὸ παρὰ hic αἰτιατικὸν est, ut infra c. 5. παρὰ τὸν εἰκόνα fut in Notis ibi corremus) αἰτίαν. & c. 25. οὐδέ τὸ οὐδὲ ξαυτὸν. Ita & Plut. τὸ παρὰ ημᾶς: De plac. philos. c. 27. Πλεῖ Εἰμαρεν. Quod igitur in his διατάξεις (ita enim debuit excudi) φ. π. ε. valet τὸ φερόμενον παρὰ ξαυτὸν, id alibi reperias, τὴν γνώμην φερομένην i. e. proprio consilio, seu, proprii arbitrii vi & impulso, nullā fati necessitate: lib. XII. c. 18. postremis verbis.

P. 237. lin. 18, 19. λέγω δὲ τὸ χειρόδα τούτοις] Talem

Talem creationis ἀρχὴν constituebant Stoici, cui tanquam semini rerum omnium naturalium ortus & occasus, mutationes & vicissitudines qualescunque, vis omnis denique & ratio irrevocabili naturæ necessitate inclusa fuerit. Hanc ἀρχὴν, mundi originem, Seneca nuncupat loco quem ad Victoris de Antonino testimonium inter Testimonia operi praefixa adduximus. Vide & quæ supra lib. IV. p. 77. de λόγοις σπερματικοῖς. Antoninus igitur hic verbo χρῆσται praesenti sic usus quasi Deus hodiéque super his occuparetur, vulgariter loquendi consuetudinem ad scita philosophica revocans & exigens, hæc addit de ἀρχῇ Stoicā, quæ cum aliorum de illâ familiâ placitus & definitione adamussim congruunt. Sed hæc utçunque Antoninus hoc loco ξυστόματα & sine cunctatione ex Stoicorum mente; non tamen eum planè sic credidisse, sed animo vacillasse, & ad particularem quotidianamque, ut ita loquar, Dei providentiam magis propendisse, ex l. VII. c. ultimo: Η τέ δλε φύσις, &c. & lib. VI. c. 32. Εἰ μὲν οὐδὲ ἐβελεύταντο, &c. & similibus aliis locis certò colligimus. Simplicius in Epict. in eximiâ de divina providentia disputatione, Καὶ ὡς ἀπαξ ποτὲ ταῦτα μηχανισμάτων (Deus nimirum) εἰ ἀρχὴ τινὶ χρέους αἴτεσι τέ φέγγονται, οὐτωσερέν τις ἀρθρωτος αρκεσθεῖ τῇ κομῳδείᾳ. Τὸ γὰρ, &c. nuperæ edit. p. 242. Sed obiter lectorem monco corrigendam ibi vitiosam Græci texus interpunctionem, & vitiosiorem Græcorum versionem.

P. 239. l. 4. Χαεμεσέρκι μὴν] Xyl. vertit quasi scriptum esset, Χαεισεργρ μὴν ήν αὐτός, ἀγευσα, &c. quæ fortasse vera lectio.

Ibid.

Ibid. l. 21, 22. μὴ ὄλοσχ. μηδὲ ὠτικῶς ] Vox ὠτικῶς Suidæ explicata μὲν Cias: recte. Tὸ ὄλοσχερῆς, ambiguum; cui interdum τὸ χτί λεπτόν, interdum τὸ ἀκεῖθες opponitur. Possit igitur & hic si velis, vertere, negligenter: incuriosè: temere.

P. 241. l. 1, 2. ἴδιωτικὸν παρέπημα ἀγαθόν.  
] Hæc miraūs usitata verba ex Axiocho Platonis, aut quicunque ( antiquissimus ille certe, quicunque, & facundissimus) verus auctor est, explicanda sunt. Ibi igitur post quædam de morte, quasi quæ verè nihil, & idè timenda non sit, subtiliter illata, ita argutias illas explodit Axiochus: Σὺ μὲν ἡνὶ τὸ δηπολεύοντας τὰ σφράται τὰ ἔργας. εἶπεν θερ γέ δέ τις οὐδὲ ή φλυαρεολογία σφερὶς τὰ μηράκια διακεκοσμημένη. έμὲ δέ οὐδὲ σάροις. τὸ διγαδῶν τὸ ζῆν λυπήν· καὶ πιθανοτέρους τέτοιοι λόγους ἀρτει κροτίσους, οὐ Σάκρατες. οὐκ ἐπειδὴ γέ οὐδὲ ποπλανώμενος οὐκ ἐνεπίκας λόγου, εἰδὲ ἀπτετας ταῦτα, τὸ ὄμοχερίας, ἀλλ' εἰς μὲν πομπὴν καὶ ῥημάτων ἀγαλασμὸν αἰνύττει, τὸ δέ ἀλιθείας ὑποδέι. τὰ δέ παδίματα, τὸ σοφισμάτων οὐκ ἀνέχετας, μόνοις δέ ἀρκεῖται τοῖς διωκεῖσις παδίκαιοῖς & Λυχῆς. Ab ipsis igitur ἀπτετας τὸ ὄμοχερίας, & καθικέας τὸ Λυχῆς, fluxit Antonini ἀγαθόν. Sed quid ἀπτετας τὸ ὄμοχερίας; Nam quod interpreties, eadem quasi colore apia sunt inter se, id huic loco ineptissimum judico. Scio quid viri Græci doctissimi de significatione hujus vocis. At non ab illis, sed ab Hippocrate petenda, quæ huic loco conveniat interpretatio. Illi ὄμοχερία est externa corporis superficies, cutis, & quidvis aliud, quod interiora continet, & illis opponitur.

tur. Sunt qui σωδόσεαν vel σωέχειαν, exponant. Hinc & Herodoto lux, cujus verba ab editoribus & Lexicographis qui non intelligebant depravata. Ait Herodotus de Lydorum & Medorum in firmandis fœderibus ritu, ἐπεάν τὰς βεργίοντας ἐπτάμωνται εἰς τὸ ὄμοχοντα, τὸ αἷμα ἀναλείχονται λαῶν. quod alibi eadem de re loquens, τύφλατες ὑπέστην ἐπταμόντες μαχαίρῃ συκεόντας σάρκας. Est igitur εἰς τὸ ὄμοχοντα, non profundè & cum periculo internarum partium facto vulnera, sic tamen ut sanguis eliciatur; quod Angli vulgo dicunt, *to the quick*. Apagè igitur imperitam correctionem, εἰς ἀμφόρον. Sed & de voce νοτίατι, de qua parum sibi constare tentur interpres, quæ mea sententia sit expunerem, nisi aliò festinarem. A Lindopior, Senecæ, quod in partem interiorem animi; quod in præcordia imma; vel ut alibi, quod in pectus usque descendit; cui opponit, quæ summam tanum cœcum strinquent, vel, rumpunt. Etiam vox Antoniniana παρέπημα, ex hoc eodem, aut valde fallor, Dialogo prompta. Inter alia enim quæ ibi Socrates sunt & ista, καὶ τὰ τῦ κόσμου παθήματα παρεπίκαδεις εἰς τὸ άιώνα. Serrarius verò quām pueriliter in istorum verborum versione labitur! Sed nos non id nunc agimus.

Ibid. l. 5. ἡ ἐμπεριεργέντη] Εμπεριεργέντη substantivè, ut εμπεριεργέντη: nisi fortasse substantivum φυχὴ, quod exciderit, restituendum sit. Plato in Phædone: ὅτι ἔας ἀν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεριεργέντη ἡ ἡμῶν ἡ φυχὴ μετὰ τῆς, &c.

Ibid. l. 19. παρές παν τὸ π. τὸ ἐκ τὸς ἀττίας σ.] Scribo, παρές παν τὸ παρές τὸ ἐκτὸς ἀττίαν συμβαῖστον. Infra, cap. 25. ἀταράξια μὲν πᾶν τὰ διό-

ἡ ἔκτος δέσμιας συμβαίνοντα, &c. Vide & sup. in p. 239. lin. penult. φερόμενος, &c.

P. 241. 243. ὅσα δρ. καὶ ἐμψ. πάντα. Οὐα] Ma-  
lim, ὅσα δρ. καὶ ἐμψυχα. Πάντα ὅσα, &c.

P. 243. l. 9, 10. πᾶν τὸ κοινῆς ν.φ.] Expende  
sequentia, & sensum postulare, ni fallor ego,  
judicabis ut scribatur, πᾶν τὸ κοινῆς αἰδηγεῖ ν.φ.  
vel, τὸ κοινῆς φυχῆς ν.φ. Confer cum lib. VI.c.  
10. eis τὰ τῶν φυχῶν, &c. & l. XII.c. 25. μία νοερὴ  
λ. &c. Verte igitur, Itaque omno quod communis  
alicuius sive anime sive mentis est particeps, &c.

Ibid. l. 21. καὶ ἐκ διεπικότων τρόπ. τ. ἔνωσις] Non ἀπλῶς, ἔνωσις, sed τερψτον τινὰ ἔνωσις, ait Antoninus: caute & docte, ut omnia. Nam propriè & præcisè loquendo τὰ ἐκ διεπικότων σώματα ex veteris philosophiæ placitis illis oppo-  
nuntur, quæ ἡνωμένα proprio titulo nuncupata. Plutarchus in Γαμikois παρεγγ. Tῶν σωμάτων  
οἱ φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεπάτων λέγουσι ἔναις,  
καθάπτεισόλον καὶ γραπτέοντα τῷ ἐκ συναπτο-  
μένων, οἷς ὀπίσιαν καὶ ναῦν. τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῖ,  
καθάπτει δὲ τῷ ζωστικού. Quorum Latina in-  
terpretatio ex Pomponio ad Sabinum, Dig. l. 41.  
c. 3. L. rerum, peti potest: cuius hæc verba; Tria  
nitem genera sunt corporum. Primum quod continetur  
in spiritu, (vide quæ jam suprà, in p. 137. 139.) Et Græcè ἡνωμένον, i.e. unitum vocatur, ut homo,  
lignum, lapis, &c. similia. Alterum quod ex con-  
tingentibus, b.e. pluribus inter se cōbārentibus constat,  
quod σωματικόν, i.e. connexum vocatur, ut edificiū,  
navis, armarium. Tertiū quod ex distantibus constat,  
ut corpora plura non soluta, sed unī nomini subje-  
cta, velut populus, legio, grec. Hinc Astronomiæ  
ἀστέρες & ἀστέρι διστινcta, quorum illud σῶμα ἡνω-  
μένος

prævor; hoc autem ex dñis àtav; ut apud Achillem Statium in Aratum tradit Conon ὁ μαθηματικός, i. e. Astronomus: (quæ apud veteres, interdum, Græcos Latinosque verbi Mathematici notio) seu astrologus. Sed quia magni in veterū scriptorum lectione usus est vetus hæc rerum corporumve divisione, & adeo non obvia, ut etiā doctissimis interdum viris parum perspecta videri possit, ipsa Statii, seu Cononis potius, verba præstat hic apponere. Πλαστήρος δὲ Κάνων ὁ μαθηματικός σώματα λέγειν οὐα τὸ μᾶς ἔξεις πνομένα κρατεῖται, οἷον λίθος, ξύλον, ὅδη δὲ τὸς πνεῦμα σώματος συνικέντιον. συνικέντιον δὲ, δοκεῖ χρή τὸ μᾶς ἔξεις δέδεται, οἷον πλοῖον, καὶ οἰκία. τὸ μὲν γὰρ ἐκ πόλλων συγίδων δὲ τὸ πόλλων λίθων σύγκειται. δίεσάται δὲ, ὡς χρεός. τὸ δὲ τοίστον δίτλας αἱ διαφοραὶ. τὰ μὲν γὰρ εἰς ἀεισμένα σώματαν καὶ ἀριθμῷ ληπτῶν, ὡς χρεός. τὰ δὲ εἰς ἀεισαν, ὡς δύχλος. εἴ τοι δὲ μὴ διέπειρε, σώμα πνομένον τὸ δὲ ἀεισαν, τὸ δίεσάτων καὶ ἀεισμένων δειδὺς γὰρ ἀστρονόμος ἔτιδειρετας.

P. 249. l. 12. τεκέδης βασάζοντα, ὡς] Supradicte. c. 26. Λυχάδειον εἰς Κασάζον τεκέδην, ὡς Β.π. ἔλεγεν. Cetera quod spectent, compertum non habeo. An ita fortasse melius, ὡς ἀπρύέστερη προποστέρη. Td, &c. Ut tamen cadant (unde & πτώματα, cadavera) operiosius. Hoc si placet, Td τεκέδης aliquid alludit, quod vel in Homericā τεκέδη, vel in notâ aliqua solennique nomen.

P. 251. l. 14. Ος εὐτελῆς καὶ τὰ πολυτικὰ ταῦτα] Erunt fortasse quibus obscuriora videbuntur, quæ hoc toto capitulo, ac proinde suspecta. Ego quod hic mihi præcipue propositum; extum integerimum in me recipio: sensum autem si non obvium, certum

certum tamen esse, & quiclarissimus, si in illum vacaret hic inquirere, reddi possit.

P. 253.l.7. γνωμονυμον. διπον. ] Περιγράφεται, an ἀνθρώπος hoc malo. Vide lib. X. c. 15. & 19. Quod si ad homines referas, tum τὸ συγγένειαν ad mores & conversationem pertinet. Vide & L. XII. c. 19. καὶ τὸ παλινροτίαν, &c.

Ibid. l. penult. καὶ τὸ ἄδικον ἀσύντα] Ita recte puto habere; & ut ita putem, similia Antonini loca collata faciunt. Nescium tamen te nolo, lector, in utraque Xyl. edit. καὶ τὸ ἄδικον ἀσύντα, excusum esse.

P. 257.l.3. ἀλλὰ τοῦτος θεος] Censco Antoninum scripsisse τοῦτο τὸ θεόν, per deos; usitatā (etiam Arriano sive) adjurationis formula. Nam alioquin cūm nihil de hominibus præcesserit, de simplicitate erga Deos ut hic agat non opportu- num satis videtur. De αἰλούτηι νέρῳ & χριστῷ erga homines, vide IV. c. 23. & X. c. 30. Μηδενὶ, &c. Opportunè autem per deos adjurat, quia perfecta χειρότης illis præcipue competit. Lib. VIII. c. 29. Αλλὰ σκέψαις τὸ χειρότητα, &c. & lib. IX. c. 8. ὅταν εἰσὶ χειροί.

Ibid. l. 12. 13. ὑποκείνη, σωματελάζει, βόσκῃ] Scribo, ὑποκείνη, σωματελάζει, βόσκεται; aut σωματελάζει, σώκει; absolute & intransitivè, ut vulgo loquuntur, qualia innumera apud Græcos Lætinosque. Etiam lib. VI. c. 12. σωματελάζεται, & πρέσβεται, & ὑποκείνη τὸ πειτίουματα, ut naturā affinia simili posita.

Ibid. l. 13. ἡ θνεάτου δ.] Ναὶ θνεάτον & merum prodigium vox θνεάτου hoc loco, sive sententiam, sive syntaxin & verborum contextum re-spicias. Si conjecturis locus esset, multa in mem- tēma

tem (ut ἀδειάσαι, ἐλευθερῶσαι, &c.) veniunt, quæ non incommoda videri possint. Sed conjectura plus quam probabilis, vocem totam ut spuriam & irreputiam, eis κόρεας alegandam. Primo, contextus non requirit; imo quicquid substituas, tale erit, ut melius abesse possit, si sequentia expendas. Secundo, Xyl. in suo codice non videtur invenisse, ut ex versione conjicio. Tertio, in Manuscripto Cod. Hæschelii non omnino comparet, cuius hæc scriptura est, "Ητοι δέν δώματας οἱ θεοὶ, οὐ δώματα. Valeat illa sancta, dices fortasse; sed quid tamen hue illam primum intrusest; libenter scirem. Dicerem, si divinus essem; dicam tamen quod in mentem, non ut omnino verum, sed ut à vero non alienum mihi venit. Scripscrat fortasse aliquis ad oram tam insigni loco vulgare illud Græcorum Grammaticorum, Σημείωσις. cætera quivis facile conjiciet.

P. 259. lin. 14. καταφρότεδες] Metaphoricè dictum puto de eo, qui oculos sibi oblini, & obscurbi patitur, tamenque se facit alieni juris. Hesychius καταφρόκτες φύχες, τὰς ἐπεσκοτισμένας, καὶ μὴ τὸ μέλλον εἰδίας, (quod ab hoc quod diximus non valde remotum est) interpretatur. Ad ægrotos autem meritò transferatur, qui Medicis per omnia (unde & in medicorum potestate tales esse dicuntur à Latinis) morigeri sunt & subsequentes. Possis etiam fortasse ad vincula & ligaturas, & id genus alia seu medicorum seu chirurgorum propiori significatione referte. Porro ejusdam argumenti apud Dio. Laertium extat Epistola, quam moriens Epicurus ad Idomeneum quendam scripsisse perhibetur: de quâ quod Cicronis jam olim judicium fuerit, digna res est

est, quæ à prudenti lectore, ne sibi ab infami impostore verba dari patiatur, diligenter animadverteretur. Extat illud Tuscul. Quæst I. v. *An Epicureo qui tantum induit personam philosophi, &c.*

## Notæ in LIB. X.

Pag. 265. l. 7. 8. τὸ φιλοτικῆς καὶ σερπιτικῆς δ.] Pro serpentiκῆς haud dubito fore quis serpentiκῆς præferant, quod nec mihi improbatum, si affectum illum animi, quo φιλεῖν & σέργειν τὰ παθήντα καὶ τὰ συμβαίνοντα (de quo toties Antoninus) dicimur, intelligamus. Potest tamen & vulgata lectorio retineri, sensu non minus probo, qui ex collatione cum lib. v. c. 12. Οὐδὲν αὐτὸν ἐλαττωτικὸν εἶναι, &c. & lib. III. c. 5. Εν δὲ τῷ φαιδρῷ, &c. apparebit.

P. 269. l. 1. Εἴτε ἄτομοι, εἴτε φύσεις] Ita utraque Xyl. editio; ita citant & viri maximi; sed omnino scribendum, Ητοι ἄτομοι, οὐ φύσεις. Ita constanter Antoninus ista opponit. lib. IV. c. 3. ἀναρτητέος τὸ διεζευγμένον, οὐτοις φρένοις, οὐ ἄτομοι, &c. Lib. XI. c. 16. ἀναθενάσι τὴν πειθὴν τὸν τόπον. Εἰ μὴ ἄτομοι, φύσεις οὐ τὰ ὅλα διοικεῖσθαι. Vide & l. IX. c. 34.

P. 271. l. 22. τῷ ἴδιῳ ποιῶ. οὐδὲν οὖτις] Sensus in versione expressi, quem è verbis commodissimum elicere potui. Qui Origenis objections contra vulgatam de corporum in individuo, ut loquuntur, resurrectione opinionem apud Methodium, & Epiphanium legerunt, non locupletiore alium desiderabunt horum verborum enarratorem. Quod enim Antoninus hic paucis, id Origenes apud illos pluribus prosequitur & consumat verbis. Verba sic non male scribi posse  
II  
conjungi.

conjicio: τερπτλέκει τῷ ιδίῳ ποιῷ ἐδὲ φύτα  
(vel ὄρτι, id est, ὄρτας, reverā) τοῖς τὸν αὐ-  
γόμενον. Quid si enim, ut φθίνο & φθινόμενον,  
dūios καὶ θαύματον & id genus alia non pauca nullo  
discrimine, ita et ληγόμενον (et si non occurrit  
exemplum) pro eo quod magis usitatum ληγον?  
Si cui tamen hoc nimis audax & temerarium vide-  
atur, potest & τὸ λεγόμενον, (de quo nunc agitur)  
in eandem sententiam non male retinēri.

273. l. 1. καὶ ἀπολλύεις ταῦτα τὰ ὄφη.] Scri-  
bo, καὶ ἀπολλύεις τ. τὰ ὄφη. ταχέως, &c.

P. 275. l. 22, 23. ἔτοι δοῦ ἡλισαι, εἰαυ τὰ δόγ-  
ματα ἑταράξ. ] Sarmatici belli, ab Antonino  
feliciter confecti, gloria quanta fuerit, (unde  
& illi Sarmatici titulus) docent Historici. Potrō  
re bene gestâ quam soleant victores milites  
ad superbiam ferociamque & immodicum, ut apud  
A. Gellium Cato, modum insolescere, neminem  
latet. Vanam igitur illorum superbiam & insol-  
entiam rider hic fortissimus idemque pruden-  
tissimus Imperator: non quod quicquam veris mi-  
litibus, qui juvandæ patræ aut justitiae inter ho-  
mines tuendæ causa stipendia mereantur, (quid  
enim vel ad præsens tempus, vel ad omnem po-  
steritatis memoriam gloriofius?) & pro-  
priam salutem publico postponunt bono, de-  
trahunt velit; sed quod eis plerique qui castra  
sequuntur sint moribus, ut prædam potius ve-  
nari, quam quid æquum aut iniquum, quid pub-  
licè proficit aut oblitus spectare videantur. Quod  
ait Antoninus, si dogmata eorum spectes, inde est,  
quia non è factis, sed ex opinionibus quæ ad  
faciendum impellunt, pender vera laus, aut vita-pe-  
ratio: ut tot locis inculcat Arrianus. Nemo igitur  
verè

verè fortis, nisi qui veris dogmatibus imbutus ad pericula subeucata non impetu temerario aut naturali temperamento, sed certâ ratione promptus & paratus est. Hinc & Scosca de fortitudine, Epist. 85. Non est enim fortitudo inconsulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitus. Scientia est distinguendi, quid sit malum, & quid non sit; diligenterissima in tutela sui fortitudo est, & eadem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est. Ceterum ut olim dabo, qui nunc miles apud Latinos; ita in sacro Codice, Gen. X. 9. ἔλευθερος τεντος, (quod Græcis Bibliorum Interpretibus γῆγες εὐθύς Θ.) pro strenuo bellatore. Quæ fortasse ipsa suæ verba veteris Phœniciz Inscriptio[n]is, quæ verbis Græcis apud Procopium Vandalic. II. ita ceddunt: Ἡγεις ἐπὶ μὲν ὁ πογέρτης ἀντὶ εργάστου τῷ λαπτῖ, τῷ Νεύν. Certè Anseia sive caputra hominum, venationis sive bīleges species & ab Aristotele Politic. lib. I.c. 5o. constituitur. Vide & Habac. I.v. 15, 16. ubi hamus, sagena, & rete, de numeroso qui omnia longè latèque vastet & perdat exercitu. Venatio autem ferarum, ad efferrandos, an mitigandos animos hominum & à mucis cædibus averterendos plus conferat, disputat, si bene memini, Plutarchus tractatu, Terrestria an aquatilia animalia sint φρεγμόντες, ipso initio.

P. 277. l. 15. ἀπαράντες] Euparantes, an, εὐ παρός, vel, τὸ εὐ παρός scripsit Antoninus? vide lib. VII. c. 5. Vide tamen & XI. c. 8. ubi in eadem re vox ἀπαράντες.

Ibid. l. 20. δέσιος γοῦ κατατυγχάνων τούτῳ] Puto Antoninum vel ad proprietatem verbi ἀπαράντες intendere, quod aberrare à scopo propriè

I i 2 significat;

significat; vel ad usum forensem formularum istarum κατατυχάνειν, & ἐκπίπτειν, seu ποίησιν τῆς διματίου, pro Causa sua cadere, &c.

P. 281. l. 5, 6. oīos ἀνδροφορέων καὶ γ. ] Αὐτὸς ἀνδροφορέων verbum non alibi mihi repertum: qualia quamvis in Antonino nostro plura, cō tamen inclino, ut ἀνδροφορέων, non ἀνδροφορέων, tam facili ex altero in alterum librariis oscitantibus lapsu, scripsisse putem. Major enim somi (neque tamē illa magna) quam scripturæ, si quis attendat, dissimilitudo. Dion. Halicarn. de Aedilibus Rom. Antiq. Rom. l. VI. Επιτερρατταις αὐτοῖς ταλλαὶ καὶ μεγάλα καὶ σκεψόντες εἰσασι πώς καὶ τὰ πλεῖστα τοῖς παρ' Ἑλλοις ἀνδροφοροῖσι. Præterea Aedilitatem non splendidissimum tantum & latissimi per se imperii magistratōm fuisse, sed & ad summos honores viam stravisse, notum est. Aedilitatem getere proverbialiter à Plauto dictum alicubi pro, imperiosum esse. Idem in Captivis, Act. IV. Euge edictiones (alii, dictiones) aedilitias hic habet quidem: mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi Atoli agoranōmum. pro quo paulò ante dixerat, Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.

Ibid. l. 13. μίτι δ' ἔτω] Scibe, Mīti δ' ρχ' ἔτω.

Ibid. l. 22. τὸ τῆς Πλατωνος, Σηκὸν εὐρεῖ] Plato in Theatretto. Citat & Theodoretus, Cyri Episc. Therapeut. lib. I. & ultimo. Σηκὸς, est purum putum Hebraicum יְדָוֶת vel יְדָוָה: quod ideo moneo, quia radix Hebraica יְדָוֶת optimè convenit cum Græci verbi, quod hic est, ἐφεξάλλεσαι, significatione. In sequentibus verbis elegans allusio ad ambiguam verbi βάλλεν significationem,

nificationem, quod ut propriè (nec id aliunde quam ex monte aut loco edito: commodius) jace-re, & jaculari significat; ita metaphorice tum ad cogitationes animi, ut hoc ipso libro, c. 14. § 8<sup>o</sup> eis nouā βάλλεται; tum ad sermonis usum trans-fertur: unde ἀρχέλημα; pro quo simplex hic βλῆμα posuit Antoninus. De scopo Antonini in his verbis, vide que notamus supra, in l. 5. p. 125. I. 14. Oὐτε τρέγωθεν Θ., &c.

Pag. 285. l. 6.7. ὄμοιον χάρδοιμ. &c. τὴν ἔνδεσιν] Manuscrip. Hæschel. melius, ὄμοιΘ. Non aliam autem hic ἔνδεσιν intelligit Antoninus, quam que Sancto Paulo vocem magni affectus expressit, Ταλαιπωρεῖσθαι θυμός, τίς με δύστειαι εἰ τοῦ σώματος τὸ θεάτρον τέτε; Romi VII. v. 24. De hâc animæ alligatione multa passim philosophi; sed ut rivoili tamen omnes ab uno fonte, divino Platone, derivati. Totus ferè Phædon hujus est argumenti; pauca ex multis, que sufficiant huic loco, proferemus. Παραδειγμάτων τὴν μοχλήν φιλοσοφίας ἀπεχνῶν διαδεδομένην εἰ τοῦ σώματος καὶ φρεστηκολλημένην, ἀραικαλομένην, ἢ ὅπερ δι' εἴργυμα (quod Sanctus Paulus, δι' ἐσπάγμα εἰνίγματι, i Cor. XIII. 12.) διὰ τέτοιο σκοπεῖται ταῦτα, ἀλλὰ μὴ ἀυτὴν δι' αὐτῆς, καὶ τὸ πάσῃ ἀμαδίᾳ κυλινδυμένην, καὶ τὴν εἴργυμα τὴν δεινότητα πατιδύτην, ὅτι δι' ὅπιθυμίας δὲν, ὡς ἀν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλληπτωρ εἰ τοῦ δεδέδωγτος ἥρμα περαμυθεῖται καὶ λύεται ποιητεῖ, εἰδεικνυμένη, &c. quorum verborum hæc summa est: Animam corpori alligatam, & agglutinatam, in eo quasi in ergastulo vincitam & captivam degere; in ejusmodi ergastulo ignorantia tenebris, quæ ex innatis corporis

cupiditatibus & libidinibus orientur, obfessam, non tam res ipsas quam rerum umbras & falsas species, oculis, non suis, sed corporeis & fallacibus aspicere. Animæ sic laboranti & oppressæ, quæ consoletur, & pro virili succurrat, occurrere philosophiam. Idem ibidem verbo ἐσθῆναι (unde Antonianum hic ἐσθούσι) non semel utitur. Alligationem autem, versionem Xyl. retinui, quod alligandi verbum Senecæ de viatris & captiuitateatum. Ac idem alibi, alligator inter, adstricctor, & distractor hæc ipsa in re subtiliter distinguunt sed nobis has verborum minutias excutere non hic animus. Ad rem quod actionet ipsam, non eò trahendus Antonianus, quasi rideret illos, quibus grave hoc fragilitatis humanae jugum, ut suspitia illis & querelas exprimat; cui cnam magis, quam ipsi Antonino, ut ex his ejus libris agnoscimus sed ut illos, qui quesi consenti, & iniuriam fati miserabiliter accusare, animo despondent ignavi, & auxilia à ratione & philosophia verâ, quibus in libertatem se afferant, petendo, nulla sibi providens; qui de ordine mundi male existimant, & emendare (quod alicubi Seneca) maluerit Deos, quæm se. Kavardion autem est lectiole Incubatoria, ut Suetonius in Augusto loquitur; de quâ consuluntur ibi, si quis plura de ea noscere velit, eruditissimi commentatores.

P. 289. l. 14. οὐ ἐπάγεται τὸ]. Scribo, οὐ οὐτός; non autò.

Ibid. l. 23. Τῷ διεγράψεω τὸ τὰ. δογμα.] Ita scribo cum priori Xyl. editione, non ut in secunda (repugnante tamen & illuc ipsa Xylandri versione) διεγράψεω. Longa mihi per literas cum

cum viro amico & docto, sed ἐχεγγωμένος ἐργος,  
super hoc loco velatio fuit, cum ille multa  
comminiscetur, & quidvis potius, si δέδογμά  
non placaret, quam διδύμόν rescribi debere  
scruter contendet; ego contra non minore con-  
fidentia, non modo hanc veram esse lectionem,  
sed nihil in toto Antonino hoc verbo, & hāc al-  
lusione vel acutius vel eleganter occurtere. Cūm  
enim rabidi mortus ea vīs sit, & ex tantilla caus-  
sa tam prodigiōsā ſēpe consequantur effectus, ut  
inter arcana naturae nihil prope sit, quod magis  
admiratione dignum sit; non potuit Antoninus  
ſanæ rationis & philosophiae ſeminim ad immu-  
tandos & quaſi transformandos animos vim &  
efficaciam aptiori alia ſimilitudine declarare. Sed  
& antea jam lib. VI. c. 43. error & ignorantia  
quantum poſſunt in vita communī docturus, hoc  
ſimili uſus eſt. Addebam præterea non Anto-  
ninum ſolum ſic loqui, adducto Luciani ( aut  
quisquis auctor eſt illius Dialogi ) ex Philopa-  
tride, ſeu Διδασκαλίᾳ loco, Εἰδίχθυντὸς τοῦ  
Ἐργοῦ λόγοις, ὡς ταῦτα καὶ τὰ λυτῆτα. Sed hæc  
& id genus alia hominem adeò non movebant,  
ut nova multa comminisci non ceſſaret, quibus  
ſententiae meæ, ut rebatur ipſe, absurditatem ar-  
gueret. Quare cum neuter aliter persuaderet,  
aliud tandem agere cbaeti ſumus. At ecce tibi  
poſt aliquot annorum inter nos hāc de re ſilenc-  
tium, bonum factum, veniunt inexpectatè literæ,  
quibus errorem ſuum agnoscit, & herbam, quod  
aiunt, uero porrigit; ſuper enim incidiſſe ſe in  
ipſiſſimum ( qui mihi in mentem non venerat )  
Platonis locum, quem Antoninum his verbis re-  
ſpexiſſe minimè dubiter. Platonis quem indica-

vit locus hic est, in Convivio extremo: "Etsi ἦ  
τὸ τὸ δημοχέντος ωδὸν τὸ ἔχεας πάθος καὶ τὴν  
quo exposito, pergit; εγὼ οὐδὲ δεδημένος τὸ  
ωδὸν ἀλγεινότερον, καὶ τὸ ἀλγεινότερον (Serranus  
enim interpretem non audio, qui ἀλγεινότάτου in  
margine corrigit; multò minus quod in versione  
securus est, amplectendum censeo) ὁρτις δημο-  
χέντον τὸ καρδίας γόνην φυχὴν, οὐδὲ τι δεῖ αὐτὸν ὀνε-  
ιδίσαι πληγεῖς τε καὶ δημοχέντος τὸν φιλοσοφία-  
λογον, οἱ ἔχονται ἔχιδνος ἀλγειάτερον, νέκ φυ-  
χῆς καὶ μὴ ἀφυπνοῦσσαν λαβθωται, καὶ ποιεῖται δράμ-  
τε καὶ λέγειν ὅτινν καὶ ὅρων εἰς Φαιδρού, &c. Præ-  
terea, ut qui à vipera morsi sunt, haud aliter &  
ego affectus sum, &c. Ego igitur & ab eo quod acci-  
bius afficit, morsus; & ea parte morsus qua una  
acerbissimis est obnoxia maximè doloribus, &c.  
Similitudinem quam Plato duxit à morsu vipe-  
ra, Antoninus à canis rabiosi (est enim λύσα &  
ὑδροφοβία de morsis à cane rabioso, proprietas ut  
ex Galeno constat & Dioscoride.) morsu pteres  
maluit, sed eadem utrobique ratio similitudinis,  
eadē verbi δημοχέντος metaphora. Ita factū est, ut  
qui prius sententiae meæ acerrimus oppugnator,  
idem nunc opportuno hoc Platonici loci indicio  
confirmator esset ἀντίρρητος. Ceterum ratio  
similitudinis clarior erit, si verba Antonini ita  
suppleantur; Ut qui à cane rabioso morsus est,  
nisi tempestivè curetur, his inter alia argumentis  
affectum suum prodit, quoddam solito tristior &  
pavidior (vigilie & somnus perturbatus, timor  
sine causa, ait Sennertus inter signa diagnostica.  
Demorsus solito tristior & cogitabundus est, homi-  
minum consuetudinem conspectumque fugit, &c.  
Palmar. de morbis contagiosis. πονεῖται οὐλεῖται

χὶ συγνότερον τὸ σωμῆς; & mox quibusdam de  
ὑδροφορίᾳ interjectis, χὶ τινὲς μὲν φεύγοστι τὴν  
ἀνγήν, τινὲς δὲ σύχονται σωματίος. Diolcor. Θηγ.  
c. i.) evadat, tandemque morbo confirmato in  
ὑδροφορίᾳ incidit, ut aquam, liquida & pellucida  
omnia, ad furorem & insaniam horreat & fugiat,  
ita, &c. Porro ad ἀρρεῖαν & ἀλυπίαν quantum  
momenti sit in humanæ fragilitatis considera-  
tione, docent & illa sancti prophetæ: *Quis tu ut  
timetus ab homine mortali, & ab filio hominis, qui  
quasi fenum ita arescit?* Es. 51. 11, 12. & alibi:  
*Quiescite ab homine (ne vos odio gratiave suā  
vehementius afficiat) cuius spiritus in naribus ejus  
est: nam quanti (qui talis) estimandus est?*

P. 291. l. 5. ὁπομέντα] Manusc. Heschel.  
ἕπεντεντα.

Ibid. l. 24. Οὐδέποτε οὖτε ἔτεις ἄντοιμοι. ] Quām  
verus hic vates & ad extremum vitæ spiritum,  
adēoque in extremo ipso agone spirituque, pro-  
positi tenax Antoninus fuerit, testis (si stamus  
ejus testimonio) locuples Dio, qui narrat Anto-  
ninium non ex morbo quo laborabat ipso, perīstle,  
sed medicorum, qui Commodo succelsuro grati-  
ficari studebant, immanni scelere & perfidias: An-  
toninum autem morientem, cùm quid ageretur  
non ignoraret, non tantum dissimulasse, sed ne  
filii parricidio sublatus videretur, militibus &  
tribuno postremis verbis ipsum commendasse.  
Dionis verba sunt hec: Τῇ ἐπτάκαιδεκάτῃ τῷ  
Μαρτίῳ μετήλλαξεν. εἰχε δὲ τὸν γόστον τὸν χρό-  
νον ποσεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ιατρούν, ᾧς ἦγε σαφῶς ἕκκοτα,  
τῷ Κομμόδῳ χαειζομένῳ. μέλλον δια τὸν ποσθι-  
σμον, τῆτον τε τοῖς σρετιώταις παρακετάθετο,  
(εἰ γέ οὐθελος θοκεῖν τὸν αὐτὸν θυσίαν)  
χρήσασθε.

ἀρχφ τὸ σωίδεμα αἰτεῖται ἔστι, Απέλθε τοὺς τὸν  
αἰτατέλλοντα. ἐγὼ γὰρ μὴ δύομας.

P. 293. l. ult. ἐκεῖο ράτοσεία] Vide quæ supra ad  
pag. 25. lin. 17. Mūkēti καθ' ὅρμην, &c. notavi-  
nius.

---

### Note in LIB. XI.

**P**ag. 299. lin. 8. Ωδῆς ὀμηρεψύς καὶ ὄρχ. καὶ π.]  
Capitolinus in vita Marci; Amavit pugila-  
tum, lactanīa & cursum, & accupatus, & pile-  
lūst̄ apprimē, & venatus est; non exercitii tantum  
caussa, ut censere ibi viri docti, sed oblectationis,  
& voluptatis, ut ex his ejus verbis in promptu  
colligere est. Non enim eo nomine sibi ipse suc-  
cessuisset, aut de remediis quod facit hic cogi-  
tasset, si tuendæ modò valetudinis caussā illa ad-  
hibuisset. Antonini mentem nacius intelliget, qui  
cum Senecæ non dissimili, alia quamvis in re,  
confilio conferer. Ita ille De Ira lib. II. cap. 28.  
*Maximum remedium est ira, mora.* Nec ab illa pete  
initio ut ignoscat, sed ut judicet: definet, si ex-  
pectat. Non universam illam tentaveris tollere: gra-  
ves habet impetus primos: tota vincetur, dum parti-  
bus carpitur. Alibi de paupertate loquens, vocat  
hoc, artificium diducendi, cùm singula sustineri  
possint, quæ collata non possint. Vide & Decimo  
libro, c. 27. Κατὰ μάρτυρες, &c.

Ibid. l. 20. 21. μὴ χειρὶς ἢ περ. οὐδὲ οἱ χειρισταὶ]  
Obstinatem Christianis Martyribus à gentilibus  
objici vulgo solitam, notum vel ex Tertulliano.  
Illa ipsa obstinatio quam exprobratis, ait ille Apo-  
logetico extremo. Idem ad Nationes lib. 1.

c. 18. Reliquum obstinationis in illo capitulo collo-  
catis, quod neque gladios, neque crues, neque bestias  
vestras, non ignem, non tormenta ob duritatem ac  
contemptum mortis animo recusemus. Idem de  
Spec. c. 1. Sunt qui existiment Christianum ex-  
pedientem morti genus, ad hanc obstinationem abdi-  
catione voluptatum erudiri, &c. Primus, quod sciā,  
Plinius objecit in Epistola (quæ lib. X. 97<sup>a</sup>) ad  
Trajanum notissimā. Arrianus autem & ipse  
Christianorum (quos Galilæos ille vocat) exem-  
plum in eundem planè quem Antoninus hic ad-  
ducit fuisse: sed quod Antoninus obstinationi, ille  
consuetudini tribuit. I. IV. c. 7. οὐδὲ ἀρνεῖται. Παρά-  
ταξις etiam apud Euseb. de Christ. Martyribus, sed  
in bonam partem, legere mebaini: pro quo ibi-  
dem ἄντεστις sapiens occurrit.

P. 301. l. 15, 16. Μετὰ δὲ τὴν πραγματίαν οὐ  
ἴρχεται καμπάνη: ] Plane quod Horatius, post  
Thespidaem & Æschylum, veteres poetas Tragi-  
cos, commemoratos, Successit vetus his Comœdia,  
in fine multa Laude; sed in vitium libertas excidit  
et vires Dignam lege regi. Vir summus & illustris  
inter doctos jam pridem fama: qui ista omnia  
in Horatio confusa et transposita tanto con-  
tendit opere, quid Antonino responsurus sit, ipse  
si vacat & liber, videbit: ego non video.

P. 303. l. 19. Οὐ μόνον μὲν μὴ οὐδέποτε. δέ]  
Poterant hæc cum superioribus conjungi, & in  
unum caput concludi, que nobis hic bina: est  
enim quædam argumenti inter ista coherentia,  
ut saltēm non abruptus transitus. Maluimus ta-  
men, ut in aliis non paucis, distinguere; quod  
diversa res hic agatur, nec ita verbis cabareant,  
ut sine detrimento sensus separari nequeant.  
Composita

Composita vox ὁμοθαυγεῖν, non obscura illa quidem, non tamen hactenus alibi mihi reperta. Malum autem, ex codem senticeto, quam aut arbusto, aut arbore dicere, quod allusio Plautina, τὸ sentire ex senticeto, (non enim est in senticeto, id non sentis: Capt. A&T. IV.) derivans, utut festivior quam, verior, ad rei tamen ipsius explicationem non intempestiva videretur. Magna enim in re similitudo, cogitationibus hinc inde variis ac consertis haud secūs in animo, quam ramis in arbore, aut surculis in arbusto pullulantibus. Hinc apud Herbaeos (quorum lingua proprietates rerum maximè consecratur) eadem radix νύρος & ramum significat & cogitationem.

P. 307. l. 3, 4. οἵος ὁ Φωκίων ἐπεινΘ] An ad Phocionis peculiare aliquod dictum factum nave; qualia singulari bonitate condita Phocionis Plutarchus haud pauca commemorat; an ad totam ejus vitam & mores universos, cum adeò bonitate spectabilis fuerit, ut boni, id est, χρηστός cognomen inde meruerit; respiciat Antoninus, haud facile dixerim. Ego de rotā vitā potius intelligo.

Ibid l. 9. ἀνθερπός τεταγέρος] Ita prior Xyl. editio: at in posteriori mutatum τεταγμέρος. Ego illud, ut εὐφατικάτερος, ita & verius credidi. Eodem verbo jam prius, hanc ipsā in re, lib. VII. c. 5. usus est; ὅτι τὸ ἀνθερπόν εἴμαντε, ή σων ἄλλω ποιῶ, ὡδέ μόνον χρησιμείειν, εἰς τὸ κοινὸν χρήσιμον καὶ εὐαγγελοσο. Si cui τὸ τεταγμέρος (quod & apud Epictetum cap. 29.) magis arrideat, defeas Imperatore loqui, cuius hoc præcipuum inanis, bonum publicum promovere agnoscet, intelligendus Antoninus. Paulò supra τὸ δὲ τῷ φύσει, scribo, τὸ δὲ τῷ φ. ut τὸ, pro ὅ, (de quo

quo Grammatici possum sit.

Ibid. l. 17. γεγ. ὁφείλει εὐθὺς οὐ φ. I. Scribo, γεγ.  
ιφείλει. εὐθὺς οὐ φέντε (ex quo notior vox φαντα, quæ  
nihil vox hic est, manavit) πάντος ἔχει, εὐθὺς,  
&c. Seneca similiter de Benef. II. c. 25. Verba  
cessent licet, si quemadmodum debemus, affecti  
sumus, conscientia eminebit in vultu. Conscientia,  
Senecæs quod Antonino φέντε.

Ibid. l. 22. ἐπτεθυοις δὲ ἀπλοτ. σκάλυπ τόπῳ]  
Quæ Xylander in hunc locum notavit, consulto  
prætereo. Σκάλυπ ex Hesychio vel Jul. Polluce,  
gladiolum seu pugionem interpretor. Antoninus  
simulationem simplicitatis, pugionem vocat, mo-  
rem illorum respiciens, qui infidias aliis molien-  
tes, pugionem (nam alioquin οὐδηγερεῖν erat  
prohibitum) e cervicibus dependentem circum-  
ferebant. Λυκοφιλία verò quid sit, optimè doce-  
bunt Æsopicæ fabulæ ab Is. Nic. Nivelleto pri-  
mùm (nec scio an quis alias postea) editæ; dignæ  
certè quæ correctiores legerentur. Nos γενμα-  
τρὶ χάρει, unicum ἐπρωθιος (quia Nivelletus  
in Notis frustrâ tentavit) correctum hic appo-  
nemus. erit id fabulæ 234. quæ editionis nostræ  
p. 276. Οὗτοι καὶ Τάντραπων οἱ πακῆργοι δται  
σει (γρ. παρ.) τοῖς εἰδέσι πονηρεύονται, ἀνόνται τὰ  
τεχνασμάτων (γρ. ἀνόνται τὰ τεχνασμάτων)  
καδίσανται.

P. 311. l. 13. 14. πολλαὶ γέ κατ' οἰκονομί-  
ας γένεται] Etsi nihil hoc usu verbi apud Græcos  
scriptores sive sacros, sive gentiles, qui res tra-  
ctant philosophicas passivius; quia tamen sunt  
qui in re tam clarâ offendant, audiant Arrianum  
in Epict. lib. III. c. 14. sic distinguenter: Τὸν  
περιτίουμένα τὰ μὲν περιγγαμένα πράττεται τὰ

χριτεῖσαν τὰ ἃ κατ' ὀικονομίαν τὰ ἃ χριτοφόροι τὰ δὲ κατ' ἵβσαν, quæ Hieron. Wol-  
fius ita vertit: Eorum quæ aguntur partim præ-  
cipue spectantur, (malum, ipsa propter se aguntur)  
partim sunt ratione temporis, partim de industria,  
certoque consilio; partim obsequii causā, partim ex  
instituto vitae: malum, ex obstinata animi, vel, pro-  
positi tuendi firmitate, ut idem sit Arriano κατ' ἐγ-  
γενέσιν, quod Antonino supra, χριτεῖσαν.  
Vide quæ nos ibi. Anastasius Sinaita cō Odysseu-  
scu, Duce vie, Cap. II. §. ultimo, οἵτις ὀικονομικῶν:  
λέγουσιν στάλν ὄικονομικῶν καὶ ὅτε γίνεται πράγ-  
μα εἰ πάντας ὄφειλον γενέσθαι, γίνεται ἃ διὰ συγ-  
καταθεσιν, καὶ σκοπὸν σωτηρίας τινὸν. Hinc  
illa Stoicorum, non vere aut viciose mensiri qui  
χριτοφύιας τὴν ἀγνωστάλων, καὶ χριτοφόρων, καὶ τὴν συμ-  
φέρουσθαι ταῦτας, καὶ κατ' ἄλλας ὀικονομικὰς τὴν  
βίᾳ πολλὰς, quod fallsum esse sciunt, compoſitū  
asseverant ut verum: ut Stobæus tradidit in Ethicis.

P. 315.l.6. Τένερας μάλιστα προτεράς] Τένερός  
est verbum Platonicum, πάσον, quod tam in bonam (ut hæc est. c.lib. III.c.7. extremis verbis; ali-  
bique) quam maliam partem sumitur. Innotacio-  
nem aut conversionem, (quod apud Ciceronem de  
mutatione in pejus) Latinè reddi posse puto. Nam  
affctus, status, temperamentum, & id id genus alia,  
dñides, potius exprimant. Xylander motus ver-  
terat, non male fortasse, si mox pro simplice  
mitione capiatur: sed quia ut plurimum, sùm  
animo tribuitur, motum. vehementiorem seu  
perturbationem significat, id est ob ambiguitatem  
vitavi. Quid mox (ex viciosa Lugdunensi edi-  
tione)

tione) ἀπαληπτέον, aut ἀπαλεπτέον, (ut in utraque Xyl.) corrigendum; aut, quod ego germanum puto, ἀποληπτέον scribendum. Vide quæ jam supra in pag. 181.l.7. & pag. 69. l. 10. nota-ta sunt. At lib. X. pag. 275. lin. 6. ubi Ī. Xyl. editio (quod & in hanc nostram incantis nobis ex illa translatum) ἀπολείπεται, ex ĪI. corrigendum est, ἀπολείπεται. Est quidem fateor & ἀπολείπεται verbum probum, & Antoninianum; sed non hujus loci.

P. 317. lin. 1. ἀλλὰ μόνα καὶ φ. ] Scribe, ἀλλὰ μόνα καὶ καὶ φ.

Ibid. lin. 7. οσιότητα καὶ θεοσέβειαν ] Scribe, οσιότηται καὶ θεοσέβειαι. Οσιότης καὶ θεος. hic οσιότηται: quibus nō διχωσύνη non ut adversa, sed diversa opponitur; ut & lib. XII. c. 1. οσιότητα καὶ διχωσύνη. Quid autem per utrumque intelligat, ibidem explicat ipse; ut & I.VII. c. 40. ‘Οσιότητα autem καὶ διχωσύνη, verti, sanctitatem & religionem; quod pietatis vulgatio latior esset significatio. Sæpe enim pro clementia, aut charitatis affectu naturali ponitur. Ciceronitamen est ubi Deosébem propriè pietas, ut de Nat. Deor. lib. 1. Est enim pietas iustitia adversus Deos. Eadem ibidem sanctitas definitur scientia calendarum Deorum. Quod mox Anton. τὴν οσιότηταν καὶ θεοσέβειαν, πρεσβύτερος τῶν δικαιοπρευτῶν esse contendit, non aliud istis cum verbis voluisse credo, quam pietatē erga Deos, iustitiae inter homines quasi basis & fundamentum esse. Nec multò aliter & Cicero de Nat. D. l. II. Que continens animus, accipit ab his cognitionem Deorum, ex quā oritur pietas, cui conjuncta est iustitia, ceteraque virtutes. Per διχω-

*δικαιοπραγματα* crediderim Antoninum ceteras & ipsum virtutes intellexisse. Justitiam enim ceterae omnes virtutes συλληψιν comprehendantur, ut notat Aristoteles ex veteri paroemiâ, (ita vocat ipse) Ethic. Nic. V. c. 1. Possumus tamen illa, προσβύτ. τι δικαιορε. subtilius expōnere, ex l. IX. c. 1. quod lectori expendendum reliquo.

Ibid. l. 14. "Ωστεργάρε εχ' ή πάρτων] Verborum Syntaxis obscurior, sed confer cum l. IX. cap. 17. Τρέχε, &c. & l. X. c. 6. Εἴτε ἀποκοιτ., &c.

Pag. 319. l. 1. Τῷ Περδίκκᾳ ο Σ. ] Archelaum fortasse voluit dicere. Vide Senecam de Benef. lib. V. c. 6.

### Nota in LIB. XIII.

**P**ag. 327. l. 2, 3. σφρίξεις κυκλοπερὶ κονῖ περ.] Jam pridem vir maximus Adr. Turnebus, in Adversariis corrigebat, δίνη φειόγει γ. optimè sine dubio ad mentem scopumque verborum. Horat. Satyr. lib. II. 7. Quem neque pauperies, neque mors, &c. Fortis & in seipso totus teres atque rotundus; Externi ne quid valeat per laeve morari. Præstantius in ὁρασίας Plato in Timæo, & De anima mundi, prolixè exequitur. Vide & supra, lib. VIII. c. 36. postremo, & li. XI. c. 11. De verbo tamen κονῖ, (aut metri caussâ κόνη), pro quo Turnebus τὸ δίνη substituit, affensum cohibeo; quia Hesychius, aliâ quamvis ille notione, agnoscit; & quia jam supra in Ant. l. VI. c. 28. κόνησις; quod fortasse & ibi quamvis non intellectum præster retinere

retinere, quād mutare notiori. Achilles Statius (aut Tatus potius) in Aratum cap. VI. Πειρήματα χάσμα, l<sup>η</sup>udat & ipse Empedoclem versus istius authorem, & ita scribit: Σφαιρέος κυκλ. πύρη πειρήματος χάσμα.

Ibid. lin. 18, 19. 20. τοῦ θεῖον ὀντος σ. Θεοῦ.] Haud aliter multo Sanctus Psalter psalmo 50. (vel ut Graeci 49.) v. 5. Σωμαγέντες αὐτῷ τοὺς ὄστης αὐτῶν, τὸ διατίθεμάν τοῦ διαθήκην αὐτούς δὲ θυσίας, qui icerunt sedis meum per sacrificium, vel ut alii, qui peregerunt palatum meum cum sacrificio.

P. 325. l. 4. εἰ μὴ δεῖσοι καὶ δικ. ] Δίκαιότατοι, i. e. clementissimi, χρεώτατοι: quā notione Μίχαελ, Matth. 1. v. 19. Sed scriptoribus sacris V. T. nihil ubi certius. Sanctus Hieremias, hāc ipsissimā qua Antoninus occasione, XII. 1. Δίκαιος εἰ Κύρος, &c. Vide Olympiodorum in Jobi c. 28, numerus Londinensis (quam Bibl. Bodleianæ instruētissimæ & eruditæ V. Cl. de me dudum optime meriti Patr. Junii φιλοτεοίς debetius) editionis, p. 566. & ibidem Origenem p. 568.

Ibid. l. 21. Τολεπτὰ γὰ περγυ.] Fort. Αὖτα τὰ περγα.

P. 331. Ἡτοι ἀράγονται σπασμού.] Confer, suadeo, cum Seneca, qui totidem fere verbis idem, Epist. 16. Si uenios inexorabili lege facta confit. &c. Vide & supra, p. 269. l. 1.

Ibid. l. 20, 21. εἰ δὲ καὶ μηδέπετεν, ὅτι κατέβατεν] Scribo, (ut in versione reddidi) δτι μὴ κατέβατεν εἰστοῦ: & ad internos malū conscientiæ aculeos & lancinationes, sive ut Tacitus, lanjatus & icetus, quibus nihil vel optari possit infelicius; referto. Seneca de Ira c. 25. Si iratus, denus

illi spatum, quo diffidere quid fecerit posse. Se ipso castigabit. Demique dabit penas. non est quod cum illo parie faciamus. & ibid. c. 26. Maxima est enim factae injuria pena, fecisse: nec quisquam gravius afficitur, quam qui ad supplicium panisentia traditur. Plura in eandem sententiam Plutarchus, Nece cibositas. Sed & Aristoteles de malorum conscientiae tormentis in genere praeclarissime Ethic. Nicom. li. IX. c. 4.

P. 332. l. 4. οὐδὲ ὅρην συζητεῖ] Superioribus, contra quam est in utraque Xyl. editione, annecto, & sententiam in his finio. Vide l. VIII. c. 36. & 41. Quod sequitur, εἰς τὸ πᾶν δὲ ὅρην, ita capio, ut cum dicit in Theetoto Plato, εἰς τὸ πᾶν τοῦ φλέπετον. i. e. universum mundum animi cogitationes complecti, & ibid. εἰς ἀναστοῦ οὐδὲ γῆς βάσιτον. Sic etsamē vulgata lectio, οὐδὲ ὅρην συζητεῖ τὸ πᾶν δὲ ὅρην, &c. in hunc sensum. Is sit animi cui imperius, (i. e. hoc tibi propone, ut praecipuum in vita) tuusque rei naturam recte perspicere; Quid illud, &c. magis atrideat, non valde repugnabilius, cum non unus Antonini locus huic interpretationi favet. Vide cap. 24. hujus libri; & lib. IV. c. 14.

P. 335. l. 12, 13. ωραίης καὶ συμφέμενον.] Sunt hæc sic satis obscuræ; in Græcis; sed non tam obscura tamen ad intelligendum, quam ad vertendum in aliam linguam difficulter. At Ant. nihil non esse bonum ex ratione, quatenus universo quo nobis, si vere πολιτικοὶ sumus, nihil antiquius est ωραῖος & συμφέμενος; tempestivam scil. & utilē. Hoc idem alibi dixerat non semel. Hæc obvia & usitata verbi significatio. at alia erit τὸ συμφέμενον, si verbi veniloquiam potius quam

quam usus communis attendatur, significatio: ad quod tacitè respiciens Antoninus, ait, quicquid accidit, id non solum συμφέρει esse, sed & συμφέρει μενον. συμφέρει, quasi dicas, *conducens*, & à nobis ultrò oblatum, dum sic animo comparatus sumus, ut nihil malimus accidisse, quam quod accidit; συμφέρει μενον autem, respectu Dei, seu fati, quod id ita accidere, longè causarum serie ab initio constituit. Vide l. III. p. 53. ἡδέα την μοσχή σωματίται τε καὶ σωματίει: & que nos ibi. Pergit porrò Antoninus in allusione. Θεοφόρου vulgo (qui alias φοβόλωντος) dicit, qui seu mali seu boni daemonis instinctu corrupti divinant, aut quidvis aliud mentis suæ non compotes agunt: καταχρηστας, etiam de Poetis & Oratoribus usurpatur. At Antonino hic, illi demum verè θεοφόροις, qui voluntatis æquitate, cum fati necessitate concurrunt; quicquid ab illo est libenter amplectentes. Sed hic quoq; in verbi γνώμην ambiguitate ludit. Græcis enim γνώμη, sententia, consilium, frequentissimè: at interdum, mens, è rūs: Deus. Epict. c. 38. initio, primas partes vero pietatis esse docet, τὸ εἶχεν τοῖς γνωμένοις, καὶ ἀκολυθῶν ἐκόπτει τὸ τέλος τοῖς γνώμης ἀπτελμένοις. Vide que jam supra in pag. 127. l. 10. Αὐτὰ τὰ συγχέοντα, &c. Simile acumen in istis, pag. 155. l. 5. εχει σοι πάντα καὶ τοῦ: ut ibi notamus.

Pag. 339. l. 22, 23, &c. καί τοι κάκηνα τοῦ σωματίου, &c.] Est locus hic ex obscurissimis & depravatissimis qui sunt in toto Antonino. Nam & ipsa per se verborum sententia non vulgaris & obvia; tunc verba partim aperiè mendoza; partim, ut suspicor ego, mança. Nos aījūl hic tanquam ex tripoде promittimus; sed

nec desperamus tamen ita tractari rem posse, ut aequo lectori fiat satis. Sed priusquam rem aggredimur, rogandus est nobis lector ut ad Antoninum idsum, lib. VI. c. 10. ab istis, τὰ πλεῖστα, &c. & li. IX. c. 6. Eīs μὲν τὰ, &c. ad finem ultime capitis, recurrere, & utriusque capitis doctrinam diligenter advertere, cum quae in utrumque scripsimus, haud gravetur. Res igitur quae cuncte sunt in rerum natura, vel inanimes sunt, & vel ξενικές continentur, vel φύσει, vel anima prædictæ, eaque vel rationali, vel irrationali. Ita docet Anton. lib. VI. c. 10. ubi nos in Notis ex Philone, & aliis observamus, quibus ξενικοῖς propriè tribuit Antoninus, ea ab aliis πνεῦματι seu spiritu contineri traditum esse. Etiam à Galeno & Achille Statio, (cujus meminimus ante in lib. IX. c. 6.) definitur ξενικός, πνεῦμα σώματος συνεπτικός, vel ut Galenus loquitur, πνεῦμα σωτήχος, vel συσκεπτοῖς τὰ μέν. Postò sancit Anton. li. IX. c. 6. omnia naturalia inanima, sive simplicia sive composita, et si propriè sociabilia non sunt, vi tamen quadam naturæ conjungi eupere, καὶ τὰ ὄμοιον tendere, vel, quod idem, συρρέει: quae vero sunt ξενικά & anima sive rationali, sive irrationali prædicta, ea palam κοινωνίης esse, & συνεγελαστηρία, seu societatis appetentia: ut pluribus ibi prosequitur. Jam ut ad hoc caput veniamus & quam hic instituit divisionem; sub generali κοινῆς οὐσίας notione, inanima omnia quae vel ξενικά sola, vel φύσει continentur, comprehendit: Λύχνος autem, quae sunt anima prædicta, sed brutā & irrationali: νοτερὸς δε尼que Λύχνος, quae rationis participant. Hæc per modum καταλογος. Jam in Σπουδαῖς, sive illatione, τὰ πνεῦματα;

τὸ οὐρανός, ea intelligat necesse est, quæ partim ἔχει, partim φύση continentur, & animalis opponuntur. Nam si, quod quis suspicari possit, per πνεύματα, τὰ ἀλογά φυχίκα volueret, non ἀράδητα & ἀροκέσατα ea pronuntiaset, ut ex l. IX. cap. 6. liquere cuivis possit. Quæ sequuntur hic de iisdem, καίτοι κάκηνα τὸν οὐρανόν εἰχει, καὶ τὸ ἐπίτητα αὐτὰ βεῖδον; scribo, καίτοι καὶ τὸ ουρανόν εἴχει (vel ουράνη) καὶ τὸ δῆνι τὰ αὐτὰ βεῖδον. Τὸ ουρανόν hic plane quod l. IX. c. 6. τὸ σύρρων (vel τὸ σύρρεν, si nomine esse manavis,) bis ibi repetitum. Utrumque autem pluribus exponit ipse, cum addit hic, καὶ τὸ δῆνι τὰ αὐτὰ βεῖδον: quod in versione Latine reddidimus. Hæc si nobis concedantur, (nec video quid opponi possit) tum lacunam inter hæc & quæ proximè sequuntur esse, & verba aliquot, quibus de φυχίκαν ἀλόγων κοινωνίᾳ & socialitate (quæ tamen à perfectiore τῶν λογικῶν κοινωνίᾳ multū abesset) egerat, desiderari certum puto. Si quis pro ουρανῷ à ουράνῳ, malit οὐρανὸν à ουρανῷ, vel ἐρων ab ἐρών, quia jam l. IX. c. 6. ουράνεστις & ἐρωτις, de eo non magnopere laboraverim.

P. 341. l. 2, 3. τὸ λίγεν αὐθίς, τὸ φωνὴν χεῦδε] Tὸ λίγεν αὐθίς, quid hic sibi velit, assequi non possum, nec aliis puto quisquam, cui verborum scopus recte perspectus erit. Quid enim τὸ λίγεν αὐθίς ad vitam & virtutem munera, quæ summatim hic percurrit Antoninus & Xylander veterat, desinere. De ἀράδησι certe (de quâ Antoninus alibi) & nova vita si verba hic essent, dicent τὸ λίγεν αὐθίς, iterum mori, (cui tamen inter virtutē partes, τὸ ἀνέξεδε καὶ τὸ φωνὴν χεῦδε) minimè

minimè locus esset significare. Planè persuasum habeo scripsisse Antoninum, τὸ λεγονεύεσθαι, quod sermocinari, confabulari, &c. significat. Apud Hippocratem vox sacerdotis occurrit: sed & aliis veteribus, opinor, non minus familiaris fuit. Τὸς τοῖς ἀγάλμασιν εὐχομένες, similes esse iis qui τοῖς δόμοις λεγονεύονται, celebre dictum Heracliti ab Herodoto commemoratum; ab Origene, Clemente Alexandrino, asiiisque, gentilibus Idololatriis olim objectum: Λεγονεία vox, in Axiochi Dialogo, ex quo quedam prompsisse Antoninum supra dictum. Jam voce λεγονεύεσθαι ab imperito scriba (cui, utpote rarer, ignota erat) in λεγον ευδαι: (quorum utrumque persicum est, certe non hujus loci) semel divisā, quam facile postea in λήγεν αὐθίς transierit, judicent qui in librorum manuscriptorum lectione versati sunt. Quod sequitur, τὸ φωνῆ χεῦθας, ut merum glossema τῷ λεγονεύεσθαι expungendum judico. Certè ad oras MS. Hescheliani, sacerdos jam nobis dicti, talia sive χόλα, sive γλωσσία non pauca deprehendi. Quod si pro τὸ φωνῆ χεῦθας, τῷ γλώσσῃ dixisset, originem verbi Hebraicam (quam nemo lingue istius peritus statim non agnosceret) indicare eum, quicunque scholii illius author fuit, vobis credidisset.

Ibid. l. 15, 16. τὰ δὲ λογικά, τὶ πρεγ. δέσιν οὐ διεργαστα.] Scribo, τὰ δὲ λογικά, αὐτογαίρεται δέσιν οὐ διεργαστα. &c. Sensus expressimus in versione: sed ibi tamen quod excusam, Cetera omnia intra, corrige & lege, Cetera o. extra. In hanc autem sententiam plurima passim Antoninus, ut non opus sit hic immorari nobis, velis remisque dudum festinantiibus ad metam.

# In MARCI ANTONINI

## de vita sua libros, *Guil. Xylan-* *dri Angustiani Annotationes.*

Memineris, amice Lector, Xylandri versionem, ad quam respiciunt haec Notae, mul-  
tis in locis à nobis mutatas: ut si aliam  
hic interdum Gracorum interpretatione-  
nem quam quae à nobis in textu versione  
exhibetur, reperiatur, id non mireris.

### In LIB. I.

**A**ba vo meo Vero didicimus] Πλατ. τοῦ πόντου Οὐρία. Verbum quodvis,  
aut aliquid tale, sabinelligitur  
idemque in omnibus sequenti-  
bus particulis. Ego addendum  
de meo singulis periodis aliquod  
verbum censui. Nam nisi fallor  
voluit hoc libro ostendere, quā potissimum la-  
re singulos suorum cūm necessariorum, tūm fa-  
miliarium admiratus, imitatusque esset.

*Ne auriga prasinus.]* Quatuor genera fuerunt cap. 2.  
aurigarum apud Romanos distincta coloribus,  
albo, rufo, prasinō (qui est porraceus, nimirum  
viridis) & veneto. Patet hoc ex Dionis Nerone.

*A Diogeneto.]* Operam preterea pingendo sub ma-  
gistro Diogeneto (forte Diogeneto) dedit. Julius  
Capitolinus. cap. 3.

*Neque animi causa coturnices.] ὅρτυγοτρόφεων.*  
*Hæc ipsa verba sunt apud Suidam in voce ὅρτυγοντος: non tamen explicata. Ludi quidem genus ibi describit; in quo coturnices in gyrum collocatæ persecuterentur, &c. Ceteraque locos è Platone illius iudicii mentionem continentates. Existimo igitur τὸ ὅρτυγοτρόφεα, aut ὅρτυγοκοτίας verbo proverbialiter omnia iudicra, & inania exercitia autores intellexisse. Vide Plutarchum de audiendis poetis, & ibi à nobis indicata.*

cap. 4.

*De Contemplationibus.] οὐδὲ θεωρημάτων. Qualia sunt in Physis ac præsterrim Mathematicis, ubi nullus usus est effectio, sed cogitatio tantum requiritur.*

*Exercitiis dediti, ac laboriosi.] οὐδὲ σκηνική, οὐδὲ εὐρηματική, forte ἐρεγματική. Sensui tamen videor consuluisse.*

*Et Astrologie.] In Græco quidem est ἀστρολογίας: quod est, facetias, & urbanitatem in dicendo. Ego tamen ἀστρολογίας legi ac verti; nam videatur loqui de disciplinis istis, quæ eo nomine male audiebant, quod plus ostentationis & inanis studii ac laboris, quam fructus & veræ utilitatis haberent; in quibus numeratam fuisse ἀστρολογίαν, & adhuc à doctis multis numerari, satis notum est. Nunc sanè ἀστρολογίαν retinorem, & nimis exquisitæ in dicendo venustatis affectuum studium, (wort gebzeng) intelligerem, quod neque decet magnos viros, & saxe de elegantibus ridiculos facit.*

*Alloquio facilitatem.] Legitur enim ἐνθαλάξτας. Atque ego nunc lego ψυχιαλάξτας; versio né sic quidem male congruit. Post, οὐλα-*  
*λεψ*

λεῖγ, alios deferre, de aliis male loqui, intelligo. forte scriperat, τοῖς ἀνθρ., aut τοῖς αὐτῶν λαλεῖν ut ii intelligantur qui scipios predicant.

*Certamque constantiam.*] ἀναμορφόλος ἀκύβετος. Cubus alioquin constantiae signum est apud philosophos: ideoque in Timaeo Platonis cubo terra confertur, ut elementorum stabilissimum. Sed quia tesseris luditur, ac multiplices sunt, variisque earum casus; ea ratione inconstantiae τὸ κυβετέν tribuitur: ut sit ἀκύβετος, quod constanter perficit, neque facile moveatur aut circumvolvitur. Itaque etiam D. Paulus monet, ut κυβείας τὴν αὐδρόπτωνας caveamus; hoc est, ne omni vento doctrinæ circumagi nos, & in errores abrip patiamur.

*In Sexto.*] Ζέστη pro Σέζτῃ. Sextus philosophus, quo usas est plurimum Antoninus, fuit patriæ Charonensis, nepos Plutarchi.

*Erga privatos.*] Quod in Græco sequitur, καὶ τὸ αἰδεώπτων τὸ οἰομένων, convertissim, si intellexissim. Malui itaque asterisco notare, quam arroganter aliquid facere. Suspicor velle cum loqui de vacuitate fastus & arrogantia.

*Per eundem cognovi Thrascam.*] Egregia virtutum ac constantiae exempla. De Thrasca est apud Tacitum, Dionem, Suetoniumque, ut & de Helvidio. Reliquorum vitæ sunt apud Plutar chum.

*Adulationem compescet.*] ἐπ' αὐτῆς σαλιῶσ. cap. 13. Credo scriptum fuisse, συγαλλῆσαι.

*Quippe vir, quid ex usu.*] καὶ τοῖς τοιέτοις αὐδρόπταις, vitiōsè: lego, καὶ τοῖς τοιέτοις, καὶ αὐδρόπταις.

*Non ueebatur alieno tempore.*] Divinavi hoc loco,

co, (εν εις αρχη λύσης, quod est forte a λύση) sicut &c. in sequenti periodo: ubi quidem pro τόπος, τέρπος legi. & ubi est, *Ad sudorem usque, suspectum habeo: sunt enim salebrosa hæc.*

**cap. 14.** *Sicut Chréſe.]* αὔτε χρέον. soleo asterisco notare, quæ manca suspicor. Fortè est, quoniam ut aris, χρέον. mutillus est locus.

*Hæc in Quadri.]* Puto solitum annotare, quibus in locis singula esse commentatus. Sic ad finem libri secundi est, cœnanti ea esse scripta. Sequentia cum prioribus non cohaerent.

---

### In LIB. II.

**cap. 1.** *Et hæc initium videtur deesse, & ubi est ἡ χρῆσις νίκαιας: nihil adeſt, ad quod illud νίκαιas reſerri poſſit.* Cæterum verbo ἀπαθητικέiv usus est metaphorice. Suidas enim & alii docent, id esse, pulsis nubibus ſerenitatem facere.

**cap. 13.** *Si quis eatenus ejus ſuavitatem.]* τὸν νόσον est in Græco, quod vocabulum dulcedinem ſignificat. νόσον enim est reditus in patriam, quā nihil eſſe dulcior, Homerici Ulyſſis testimonio receputum eſt. Et cum Homerus νόσον vocet μελίσσα, inde factum eſt, ut dulcia vocentur νόσμα, ut Eustathius docet; & νόσος ὄμονύμως, οὐ διφτην. Utitur eodem modo Lucianus φελπίδες: τὰ μὲν γὰρ δὴ τὴν καθαυτομάνην καὶ αὐτοὶ δρῦς, οἴκας, οὐ τὸ μὲν νογκουτατον τὴν παραγκενασμέναν ὁ καπνὸς παρεγλαβῶν, οἷον εἰς τὸ ὄντες ἐχεται.

**cap. 15.** *Anima vaga eſt.]* οὐχὶ ρομβός? Eſt autem altera letatio annotata, p̄m̄bōs, quām probavi & ſecutus

secutus sum: neque enim videtur philosophicum esse, animam Rhombo (quæ est figura quatuor æqualium laterum, non tamen rectangularium) comparari. At ῥεμβὸς vagus est, & ῥεμβεδαῖ, vagari, & incurie rebus uti. Quo vocabulo ipse suprà usus est sub initium libri hujus: καὶ παῦσαι ῥεμβούνος, ac vagari desine. Plutarchus Pompeio, ῥεμβεδερος ἐν τοῖς πράγμασι τὸ Περπέννων καταμαθὼν, animadvertisens Perpennam vagari & incuridrem gerere. Idem in Fabio, ῥεμβόνος ἀνὰ τὴ σπατοκέδε, qui sepe à castris aberat vagans alid, ad scortum nimirum suum commeans identidem. Idem in lib. de Communib[us] notitiis planè sic est usus, ut hic noster. νύφων γάδε εἴς θεοὺς ἀρετὴν, ἀλλὰ ῥεμβημένα πάρτες ἀχημονῆτες καὶ κακοδαιμονῶντες. Porro autem adjectiva masculini generis, substantivis foeminitinis addi Græco more, non est inusitatum; suntque multa à Budæo annotata ejus rei exempla.

*Informii & fumi.* ἡ ὄντες καὶ τύφος. Scio τύφον esse fastum superbiamque inanem: sed ea significatio huc non quadrat. Vesti ergo fumum: id enim videtur τύφος propriè significare, seu caliginem ab igne provenientem: cui vana elatio animi atque fastus quam sit simillimus, commodissima translatione τύφος Græcis dicitur, ac definitur ἀναψυχής καρδίας λιγέτηρες καρδίτης. Ignis non sit sine fumo. Frequenter autem res leves ac fluxæ fumo comparantur; atque in psalmo etiam Davidis est, sicut fumus dies mei. Cæterum, & si non recordor τύφον me pro fumo legisse: tamen id quod dixi, verbo τύφον satis testatum relinquitur, cuius est apud poetas Græcos usus. Adducam unum exemplum quod in præsentia succurrat, ex Apollon. Αργοναυτικῷ 6.

— Επιώσε

Ἐπιστὴρ ἢ λυγνύεται

Καπνὸς τυφόμενος περὶ ἑκάς εἰλασσον.

De apibus lequitur. Ibi Scholia stes; καπνὸς  
τυφόμεναι, ἀπὸ τῆς καπνοῦ ἐμέναι. (& sic p auto  
supra exposuerat τὸ τυφόμεναι) σημαίνει δὲ τὸ τὸ<sup>τὸ</sup>  
καπνόλεμαι. Si cui tamen hoc non probatur, is pro  
fumo, inanem ostentationem aut fastum reponat.

Carnunti.] Urbs Pannonicæ fuit, olim celebre-  
rima; hodie (ut existimatur) Passaw.

### In Lib. III.

cap. 1. **T**empus sit vitam relinquendi.] ἔχαρτον αὐτὸν  
Est autem ἔχαρτον οὔνομα, sibi ipse mortens  
consciscere, apud Græcos scriptores. Quæ signi-  
ficatio, quia hic parum quadrare videbatur, mel-  
lioribus usus sum verbis.

cap. 2. **O**livis maturissimis.] In Græco legitur ἀγρι-  
τιον, scribendum ἀγριτιον. Sed & ἀγριτιον  
legi potest, (quæ lectio erat in margine annotata)  
ut sint olivæ præ maturitate jam de arbore deci-  
dentes; quarum similitudine uetus est infra libro  
quarto.

**L**eonis supercil.] ὅπσκιών. Scholia st. Homeri  
exponit τὸ σωματοῦ μέλατον, quod est, super-  
ciliorum in fronte cotonissimum: atq; hinc verbum  
οὐκέστατο, quod est irasci, deductum. Nam Ho-  
merus leonem iratum describens, Ilid. g. ita ha-  
bet.

Πλάνη τὸ ὅπσκιών κάτον ἔλκεται ὅπει κάλυπται.  
Vide Eustachium.

**C**astis oculis.] Secus quam Sophocl. qui apud  
Ciceronem

**Ciceronem à Pericle reprehenditur ob formam pueri laudatam, quod oculos abstinentes non habet.** I. Officior.

**Democritum pediculi.]** Non memini me hunc cap. 30 exitum Democriti legere apud ullum idoneum autorem: de Pherecyde quidem Syro Philosopho legitur. Forte est lapsus memoriam. Et quod est Σωκράτην ἀλλοι φέρεται, falsum est. Ego historiam secutus sum.

**Declinanda est vanitas.]** οὐδὲν γὰρ αἰσθανται. atque haud cap. 4 scio, an in hac significacione usi sint Græci autores antiqui. Pro fugere & declinare etiam D. Paulus usurpavit, ad Timotheum poster. cap. 2. τὰς δὲ εἰδῆς κενοφανίας οὐδὲν αἴσθανται.

**A temeritate alieni.]** ἀπροστασίαν, vacuitatem cap. 8. temeritatis. προπτώσιαν enim φρεγτίτεια dicit: Sic infrā l. IV. ἀπροστάτως est, circumspctus, non temerarius.

**Itaque ad finem.]** εἰς θέλος. lego, εἰς τέλος. cap. 12.

**Androgynis.]** Hoc est, ius qui ambiguo (ut Livius cap. 14. loquitur) inter marem & fœminam sexu sunt natū. Græcum retinui, quia est & apposicū, & Latinis autoribus, ipsique Ciceroni etiam usurpatum; aliás Hermaphroditos vocat.

**Nihil non turpe.]** Desunt hæc in Græco.

## IN LIB. IV.

**Vñ exceptione quadam.]** Nimirum ut agat, cap. 1. quantū hominī facum & res permitte proposita. μετ' οὐτε ξενίσταντος. Porro οὐτε ξενίσταντे verti exceptionē, ut ex loco Plutarchi palet in vita Numæ, ubi scribit, quorundā sententia pontifices

2 potentia seu potestate denominatos, quod vocabulum haberet vim exceptionis (οὐτε τέλεσθαι ibi leges) indicandæ: quod scilicet pontifex rem sacram, quantum ejus omnino fieri posset, perageret; nec ei fraudi esset, si grave aliquod impedimentum incidisset, quod minus sacra perpetraret.

cap. 10. *Ad mentem eam quæ est reliquarum origo.]* λόγος  
περιεματικόν. Paulo infra clarius dicet de hoc.

cap. 11. *Ac qui secundum bonum.]* οὐτε τέλεσθαι. Fortè Agathara, quod maximè videtur confirmare articulus & masculinus; & verba quæ sequuntur, omnino videntur ex aliquo poëta delumpta. Agathonem verò fuisse poetam, satis constat ex multis scriptoribus idoneis; citanturque ejus versus ab ipso Aristotele, lib. ἡδικῶν Nicom. 6. Porro quid sit μέλας ἥρως, nigri mores, infra ipse describit.

cap. 12. *Nisi ratione cuiusdam dispensationis.]* Locus est depravatus, atque ideo obscurus.

cap. 16. *Nibil eo plus confert.]* Μήτοις δὲ μενον τὸν αὐτοῖς. Nisi fallor, sensus ipse ostendit esse legendum, μηδὲ δὲ μενον τοῦ.

cap. 29. *Eius quoque exemplum recolendum.]* Hæc comparatio est interpolata; nec coherent inter se quæ sequuntur.

*Non tanquam si dormitemus.]* Sensus est; Perficendum strenue, quod recto consilio agendum suscepimus: neque in medio actu desistendum, aut titubandum. Nam in somnis sœpe imaginamus nobis aliquid agere, nihil tamen efficimus, sed ut pulcherrimè expressio Maro)

— In mediis conatibus agri

Succidimus, non lingua valet, non corpore noce

Sufficient vires, nec vox aut verba sequuntur.

Quot

Quot urbes mortue.] Ita Servius Salpitius in con-

solatoria ad M. Tullium Epistola, de Corincho,  
Athenis, & Megaris loquitur: Quam uno loco tot  
urbium cadavera projecta jaceant.

Heliæ.] Urbs fuit Achaiæ in sinu Corinthiaco  
sita. Hanc à mari absorptam testatur Polyb. l. 2.  
Plin. Nat. Hist. l. 2. cap. 92. & Ovid. 15. Meta-  
morph.

*Si queras Heliæ & Burim Achaidas urbes,  
Invenies sub aquâs, &c.*

Pompeii & Herculatum oppida fuerunt  
Campaniæ, haud procul à Vesuvio monte: ut  
Plin. ostendit lib. 3 c. 5, quorum de interitu nihil  
habeo compertum, nisi forte conflagratione  
Vesuvii montis (quæ accidit Titi Vespasiani ætate,  
& in ejus vita à Dione describitur) perierint. Pro-  
quidem etiam infra l. 8. Pompeiorum interitus  
mentio.

Quod beri fuit piscis.] In Graeco est ποτέσεις.  
piscem aliquem innui, ex eo quod τελεχθε-  
quitur, conjicio certi nihil habeo.

Similis esse debet promontorii.] Hac similitu-  
dine Cicero eleganter usus est, ad Papirium Pr-  
tum scribens de fortuna: Quam existime levem  
& imbecillam, ab animo firme & gravi, tamquam  
fultam a faxo frangi operoscere.

## In LIB. V.

Nalignari, sanctari.] γλυκεύειν. γλυκός est lex-  
cum, tenet, itaque supra ad finem libri prioris,  
γλύκας ἐρδιανήσεων τῷ Σίφῳ dixit dñs vivere.  
Quare

Quare hic γλυχρεύεται: vertendum putavi, εκθάσις hoc est, et grè ac nulla cum alacritate suum officium facere: quod vitium supra etiam damnavit.

*Levitum esse.] περπηγεύεται.* Suidas exponit μεγαλήτην; & περπηγεύεται, βλάσκειαν καὶ μεγαλήτην; hoc est, buttam & inanem temeritatem, seu levitatem, ubi non ut ex usu est, sed ostentationis vanæ gratiâ quicquam agitur. D. Paulus I. Corint. 13. οὐ αγάπην εἰ περπηγεύεται, Charitas non est levis, aut rugax.

*cap. 5. Aebeniesimum erat hoc votum.]* Eccl. locus non est plenus, tamen satis apparet eum voluisse, improbare commune illud & damnosissimum vitium quo plerique tantum ea curant, expertunt, & optant, quæ sibiipsis privatim proflent: nihil solliciti de communii bono. Id vero vitium, omnium ferè quæ sunt in rebus publicis malorum causa est & origo. At plerique hodiè tales esse laborant, qui suram quam gena longius abesse dicant, (ut est apud Theocritum) & quorum hoc sit votum, Autem ius tu yenero, mibi ipse aliquid boni contingat: Secùs, quam ab animali ad societatem civilem nasci debet. Praeterea fuit apud Persas lex ea de reclata, quam Herodotus his verbis resert: οὐ τοῦ μὴ δῆ τῷ φύοντι οὐδὲ μεμέναι, καὶ οἱ σύγιντες αἴγαδα. Οδέ ταῖς τοῖς Πέρσοις κατέχεται εὑ γινέσθαι, καὶ τῷ Σασιδῶ ἐν τῷ τοῖς αἴγαδαις Πέρσης αἴγαδος γίνεται. Hoc est; Persa, cum rem sacram faciat, sibi ipse privatim aliquid boni precari religio est. Ceterū omnibus Persis, ac regi, prosperitatem optat: quippe inter universos Persas, ipse quoque unus est, Et divisa est apud Euripidem Menecrois se pro patria devouiri sententia, quam adscribam, ut hic Antonini

Antonini locus recte intelligatur :

Εἴ τοι λαβάς ἐκπαστός, δό, τι δικαιούομενοί τοι.  
Χρήση δι, σιγέλθει τέτο, καὶ τοῖς κοινοῖς σιγέσι  
Πλαστρίδι, πυκνῶν ἀντί τούτους ἐλασσόνες  
Πλαστρίδες, τὸ λασπὸν ἐντυχότεν δι. Id est,  
Si quilibet, quantum queat boni, libens  
Patria offeras, donecque publica rei,  
Haud tamen evenient civitatibus mala,  
Sed accident in posterum res prosperas.

Itaque Athenienses injustè & illiberaliter suis  
tantum agris pluviam & fertilitatem poscebanet  
qui si omnibus hominibus felicitatem ac suc-  
cessa omnia optassent, & humanæ rationem so-  
cietas habuissent, neque communi prosperitate  
exclusi fuissent.

*Tamen enim militatus] πομπῆται γό το δέλεκται cap.6.  
Or; non, πομπῆται.*

*Neque tibi est ad philosophiam.] Sensus hujus cap.7.*  
loci habet nonnihil obscuritatis: videtur autem  
hec esse sententia; Si quid institueris agere se-  
cundūm rectam rationem, & eventus consilio  
tuo non responderit, non debes idcirco tuum  
propositum damnare; sed potius cogitare, quidam  
multa in rebus humanis sint, & accidere queant,  
que obstant, que minus id quod queris, confe-  
quaris. Itaque conscientia boni propositi, &  
rationum recte subductarum animus est confir-  
mandus; sed etundunque quod fors fert humana, &  
rectum ceducarum conditio. Hacten tibi in promptu  
sunt habenda, jam multo ante ex philosophia  
peritis, atque ad usum preparata: ne cum demum  
confluum, & præceptum velis petere à phi-  
losophia, cum es sic uicendum. Est enim hoc para-  
prudenter. Iu qui lippitudine laborant, aut alio-

morro, remedia habent præparata & instructa, quibus ingruente malo utantur; non tum demum ea querunt, aut circumspiciunt, cum eorum usus est. Et in prælio aut dimicazione non emittur neque acuitur gladius, sed usurpatur. Videturque omnino id velle Antoninus dicere, quod est apud Plutarch. (Probl. Rom. 85.) his verbis;

*δει γδ παρασκευασαμένος περίτελλον, ἀλλά μὴ παρασκευάζεται, περίτοντας τὸ Μύσων φέρεις Χίλαρα τὸ σοφὸν εἶπεν, εἰ χειρῶν δείγαντα τεκτηνόμενος.*

Hoc est, *Præparatis que ex usu sunt, agendum est, non inter agendum præparanda ea quibus opus est: idq; Myso Cbiloni, ei qui sapiens est usurpatus, dixit, hyeme ventilabrum fabricans.*

**cap. io.** *Quod non sub hac referatur.]* Verba in Graeco non cohaerent. Loqui videtur de vulgi depravato judicio, ea quæ videntur, neque sunt tamen bona, veris bonis præferenti. Id sit ex imperitia. Idemque accedit his, quod Plato alicubi ex Stefichoro citat; Trojanos, cum veram Helenam non cognoscerent, de idolo ejus five inani figura decertasse. Quod idem fabula Ixionis, cum nube, quam Junonem putabat, concubentis, Poëtæ delineant.

**cap. ii.** *Ex forma & materia.]* Formam dixi, quod autor *τὸ ἄριστον*, id est, *id quod causa vim & naturam habet.* Ceterum materiam, quasi patienti, formam (quæ *τὸ ἦν εἶναι, εἶδος, εἴρηση, ἐργάσια*, philosophis dicitur) agendi & efficiendi vim habere, notum est ex Physicis. Postò autem de rerum caducarum perpetuitate, quam habent continentia formarum naturalium in materia successione perpetuisque rerum mutationibus, copiose est ab Aristotele, cum alibi, cum in libris

*de Ortu & Interitu disputatum.*

*Ratio & rationalis.]* Offendit, in rebus humanis non esse eam, quæ est in scientiis & artibus, certitudinem atq; constantiam & perfectionem. Hoc ipsum est quod Aristoteles initio suorum ad Nicomachum Ethicorum, tam accurate docet atque monet; Non esse eandem quæ est in aliis, in philosophia, morali demonstrationum & præceptorum certitudinem requirendam, sed ratione materiæ subjectæ omnia examinanda. Adscribam verba Platonis, eandem rem optimè explanantia, idque Latinè; *Dissimilitudines*, inquit, cum hominum, tum aliorum, rerumque humanaarum facta, ut nihil scire in his ne uno quidem momento queat ac perficit, inconstans efficiunt, ne qua de illis omnibus ars, & que omnibus temporibus congruet, tradi possit. His infert Antoninus: Consequens ergo esse, ut finis hominis non in rebus extra ipsum positis, ac non verè bonis ac mutabilibus collocetur. Quod autem narrabatur recte effectiones converti, Ciceronem sequutus sum autorem, qui ita exultit libro *De finibus bonorum & malorum* tertio:

*Eumque ferre.]* avanteor. Legi, dñe xteror.

*Ei qui bircum dicit.]* γράφων est scribendum, non γράφεσσι. γράφως est fæcōs ille, qui hirsutis (ut est apud Horatium) cubat gravis bircus in aliis. autōv ιμαν τὸ γράπος ὑπὸ ταρκεύσοτ, milites Alexandri de Persis, pugnam inituri: Plutarch. Apophtheg.

*Aequum te prebuiſſi.]* Εἰς δόκιμης διγράφωρας δύ- cap. 23.  
γράφως εἴγενε. Ego δύγράφω lego: quid enim erat laudis, malis se malum prebuiſſe? præsertim quā ſepius jam monuerit, vitia hominū nobis esse ferenda.

- cap. 25. *Climatibus terre.*] Alludit ad versus Hesiodi, n. 35  
γαν, quos adscripti sunt, nisi satis notos esse putare.  
cap. 26. *Cum hominis, omnisque rationis, predicit anima-*  
*sis.*] Loquitur ex sententia philosophorum, qui  
τοιχίδες τοῖς, animal ratione instrutum, non soli  
hominis, sed Deo etiam, demonibus & heroiibus  
genus constituerunt: de quo multa legi possunt  
hinc inde apud Platarch. praeferim vero in lib.  
απειροτόπων χρησθεῖν.

## In LIB. VI.

- cap. 8. *Vam ut in terram atque rediger.*] Non  
enim tantum factor literæ docent, hominem  
esse ex limo creatum, foréque ut in eundem redi-  
gatur: sed & antiquissimi philosophi originem  
nostram eodem retulerunt. Hinc Prometheus di-  
citur è limo formasse hominem, de quo nullus non  
mentionem facit poëta. Et apud Homerum Me-  
nilius Gracis duellum contra Hectorem detre-  
ctantibus iratus, mortem eis ignobilem impre-  
cessit his verbis,

Ἄλλ' οὐκέτι μὲν πάρτες ὑπὸ τῆς γῆς γένονται,  
νοσοὶ σε περιπλανάσθεντες convertier opto.

Icaque ἐπειδὴ hic tuli, neque volui, quod pote-  
ram, ad alium sensum cogitando divertere.

- cap. 14. *Vide quid agant homines.*] Queritur de iniquo  
hominum iudicio, qui cum aliis praescientibus lau-  
dem meritam et stimoniunque virtutis invideant,  
ipse ab iis quos non viderant, laudari volunt: cum  
nihil inde fructus possiat ferre, jam autem mortui.  
Facit hoc egregie ad famam commendandam.

- cap. 16. *Non indignatur.*] ἡτα διπλωματικα. In una  
lam partem ulum vocabulo hoc, & ipse puto, &  
sententia

sententia restatur. Non recordor me apud veteres autores hoc vocabulum ita sumptu legisse. Appianus quidem Alexandrinus, haud interuditus scriptor, eodem modo usurpavit l. 5. 'Εμπειρόν de milite loquens, qui ludis in subsellia equitum ascenderat. ὁ Σίγουρον πολύταχος, καὶ ὁ Καῖσαρ τοιούτην αἰτήσων, Populus murmure indignatus rei teftans est, & Cesar militem inde abduxit.

*Intrusorum esse videtur.]* Hic locus idem, sed cap. 21. paulo obscurius, videtur docere, quod Cicero ad Lencolum de Platoni sententia his verbis monet. *Id enim juber idem ille Plato, quem ego autorem veritatem sequor: Tuncum contundere in Republica, quancum probare civibus tuis possis; vim neque parati, neque patrie afferte aportare.*

*Vide ut à praesenti statu defectus.]* In Græco est, cap. 23. 'Οὐα μὴ λατοναὶ οὐαὶ δῆμος, μὴ Καῖσαρ. posterius est; *Ne mergeris. Quid autem sit, ἀντραγωγέας εἴ τι,* quod non judico, Græcum est, aut omnino non depeccatum vocabulum nescio. Neque vero et nè significet, imperio aut summa verum abponi, αὐτὸς τοιούτος Καῖσαρ. Neque enim vel etymologia hinc auditu digna, vel sensus loci effet ultus: itaque libenter mea verba supposui.

*Autorini discipulam.]* Pil Seilicet, qui antecedebat eum in imperio.

*Que uetus forentur.]* τὸ διάδοσμον τοῦ αρχαγείου. Legi, εὐδιον.

### In LIB. VII.

*Elationes.]* In Græco est διαδεκτίσμα. cap. 3. quod tamen vocabulum facio me non sat. L 3 tis

tis intelligere. Non quidem *bastam* esse, vel posse  
sciunc; item *θέργητος* esse ejus patrum casum; ut  
*θεργητισμός* videatur esse *bastiludium*, (quod  
barbari vocant) id est, concertatio bastis quædam  
inita. Sed haud scio quam huc id quadret. Vide-  
tur autem, his omnibus humanæ vitæ vanitatem  
& varietatem voluisse demonstrare.

cap. 5.

*Quam multi quondam fuere.*] Aliunde huic lo-  
co videntur hæc à librario esse intercalata; in-  
commodè profecto, cum alioquin sequentia op-  
timè cum prioribus cohereant, in quibus offen-  
dit; nonnunquam ubi propriæ nos vires destitu-  
unt, auxilium aliorum non aspernandum esse,  
dummodo nostrum officium faciamus. Etenim  
& Homericus ille Diomedes, socio adjuncto spe-  
rabat se propositum negotium rectius confectu-  
rum, unde est illud, Σων τε δι' ἐρχομένῳ, usita-  
tum bonis autoribus, explicatumque ab Aristotele l. 8. Ethicorum de amicitia disputaturo.

cap. 9.

*Membrum.*] In Græco est μέλος, & pro parte  
μέρος. Porrò non fallit eruditos, membrū respe-  
ctu totius & reliquo rūm membrorum majore devin-  
ciri necessitate, quam totius partes qualescumque.  
Est enim omne membrum pars, non contrà. Mul-  
tò ergo rectius societatem humanam & universi-  
conjunctionem intelligit, qui membrum se, quam  
qui partem generis humani dicit. Discremen hoc  
divisionis, sicut μέλος & μέρη, etiam Strabo suę rei  
accommodavit, l. 2.

cap. 22.

*Divina.*] Δαιμόνα, legendum Δαιμones, aut  
saltēm Δαιμόνια.

*Pausa secus.*] ή δηλίαν. lego, ή δηλίαν. Sunt  
autem pañim permulta, in quibus ariolo magis  
quam interprete opus sit.

*Nam rebus.]* Promiscuè & mutilatè hic poëtica cap. 25.  
quædam sunt congesta: partim infrā l. XI. reperita.

*Platonica. Ego.]* Ex apologia Socratis hæc sunt. cap. 26.

*Credens ius qui dicunt.]* ταῖς γυναιξὶν, in Græco. Sanè Hector Homericus Iliad. 7. suam uxorem hæc ipsa ratione consolatur, versu 487. & est minimè muliebris hæc sententia apud Poëtas passim inculcata.

*Est alius te peritior.]* Adnotatum est hoc loco cap. 29.  
à librario non esse hic novæ initium tractationis:  
sed cohærere cum his quæ ante ea quæ ex Pla-  
tonе sunt hic translata, præcedebant. Sed quia  
illa ipsa erant mutila, id quidem non video quale  
sit. καβελάριον luctatorem dici puto, οὐδὲ τὸ καλο-  
κάλλεν, de jicere.

*Omnis animus, inquit ille.]* Nimirum Plate in cap. 37.  
Protagora.

*Salaminium.]* Leonem nomine, quem ad cæ- cap. 40.  
dem ab eo duci Critias tyrannus volebat. Vide  
Apologiam Socratis apud Platonem, & Dioge-  
nem Laertium in vita Socratis.

### In Lib. X.

**P**estis, bellum.] Pro pestis in Græco est μιμὸς, mi. cap. 9.  
mus; quod non quadrare puto. Sunt autem pice-  
ra que lacera.

*Expetit quidem.]* Alludit ad versus Euripideos, cap. 20.  
quorum mentio est etiam apud Aristotelem ini-  
tio octavi Moralium ad Nicomachum: sunt au-  
tem, si quis dextrè accipiat, quod hic fit, prædarī.  
Refert integros Athenæus libro δέιποτος op. XIII.

## In Lib. XI.

- cap.3. **S**implici obstinatione.] ΨΥΛΗ ΚΩΝΑΞ ιαντι,  
neque tamē intelligo, cur hoc vel sic Christi-  
anis voluisse impingere crimen Antoninus, jam  
proiectā aetate; qui quid alias de iis scriplerit,  
non est ignotum. Sed ista aliò pertinent.
- cap.8. **O**poret igitur.] Divinare sum conatus. Quod si  
sententia hęc fuit Antonini, certè est aurea, iis  
in rebus adhibita in quibus pietas finit. Oportet,  
inquit, in eadem arbore esse, cūsi non idem cum omni-  
bus sentire.
- cap.14. **I**n fidia teče.] Σκάλην. Mihi subit suspicari,  
σκαληνū legendū, sc̄illīm. Nam & Plutarch.  
obliquam & distortam viam, σκαληνū ἀλλα ali-  
euti vocat. Λύχφειλίαι quid finit, explicare abhuc  
non satis possum.

*Annotationum Finis.*

## Annotarium Notarum.

**D**Ag. 5. L. ~~ad amicorum~~ [Ex loco Iosephi (qui Anno. Jud. LVIII. Gracilis. edid. p. 257.)] ut cuncti vestrum, sedentes, quod est in vestrum, ab eisdem, sicut si ab eisdem, et videntur sit ligati, vel vinciti. Suidam vide in Asmodaeos, & alibi. Sed nec in voce ἀρέγυα soli impingunt Origenes interpres. Simplicius in Epist. p. 239. μετεπεριβάλλεται τὸν αὐτὸν θεόν καὶ γένος. Σεπτηνος, τὸν τὸν δόμον, επεργάσας ἀκολύθως. videntur, illustrationis divina sunt τοῖς ἑαυτοῖς participes, ita ut divina conspicione efficiantur. Verbo, diaconia, honoraria sunt τοῖς ἑαυτοῖς. ut circoula intercedunt (Deo operante) consequentes effectum. Quod Simplicius hic δόμα ἀρέγυα, id alii ἀρέγυα vel ἀπέργα, απλάκ, pro missisculis preceps ordinem naturæ operations Athenag. in Apol. Td μὲν δὲ καὶ τόπους τὸν τὸν δόμον προσεδιέτων εἰς ἀρχαιοτέρους ἀρέγυας καὶ οὐ πάντας προτίθενται.

P. 29. l. 5. ~~αρεδερινας λαζανι~~ [Xylandri vero que ed. ~~αρεδερινας~~, quod ereditio erederemque portet, si per Xyl. Neas licet, esse Spahna typographicum; aut certè non tale, quod neviri intercedunt. Simplic. in Epist. p. 343. Et de ratione αρεδερινας, in dicitur quod ~~αρεδερινας~~ ex orthographia τοῦτος, καὶ ἡμέρας αρεδερινας εἰς αρεδερινας τοῦτος, καὶ ἡμέρας αρεδερινας εἰς αρεδερινας, &c.

P. 41. l. 9. n. 5. ~~λαζηράς Θ.~~ [Ex prior edid. Xylandri, nec alias fuisse scripti manu codicis lectionem agnoscit ipse in Notis; qui tamen alias lectionem ipsius ad orationes notarum prefecit. Ego à Xylandro dissensio, & tā p̄m̄bore in nondū censio, quod

quod turbinem, seu turbonem, i.e. *Chubina*, inter-  
preter. elegantissimè animi rēpōstātēa (de  
qua toties in his libris) hāc similitudine exprī-  
mitur. quemadmodum enim tortus sub verbere  
*turbo*, ita animus affiduis phantasiis & appetiti-  
bus agitatus huc illuc raptatur & per eadem vol-  
vitur. At Seneca *De v. b.* c. 28. hāc ipsa in re,  
sive id minus appositum) *turbo*, non *Chubinē*, sed  
*doctus*, aut *tūor*. *Vir doctus*, in *Histor. Aug.*  
scriptores hāc Antonini eleganter ita vertit: *Vi-  
te humane, tempus punctum est: natura, fluit: sen-  
tīs, obscurus: corporis universi concretio, facilis pu-  
erescere: animus, vagus: (verto, *animus, turbo:*) for-  
tuna, res impervestigabilis: fama, res incerta: & ut  
verbō dicam, omnia corporis quidem, fluvius: animē  
terē, somnium & famus: vita, bellū, & hospitīs in-  
peregrinā urbe mora: fama post obitum, oblitio.*

P. 63. l. ult. x,  $\tilde{\tau}$  ποίηταν] Asteriscum retinui-  
mus quem Xylander hic apposuit, quasi loco im-  
perfecto. Ego ellipsem hīc esse malo; ut cetera  
Antoninus, inodestiae causā, reticuerit; & dum  
reticet, turpissima quæque nobis cogitanda reli-  
querit. Quibus hāc non satisfaciunt, cogitent an-  
proximāταν, τὸ πορεύον, vel πογνόν πορεύον scri-  
bendum sit. Certe πόρος latè, ut impurus apud La-  
tinōs, pro scelestō quovis. Vide lib. V. c. 8. & 21.

P. 81. l. 18, 19. μηδὲν ἀπενον. ] Lectio Manusc.  
Xylandrini, (ut ex ejus Notis discimus) μήτοις  
ἀπενον τὸ ἀ. pro quo Xylander nimis confidenter,  
μηδὲν ἀπενον τὸ. Antoninus autem, nival de fal-  
lor, ipse scriperat, Μήτοις μηδὲν ἀπενον τὸ: aut,  
quod magis probo, Μήτοις ἀ.  $\tilde{\tau}$  ἀ. ut in Manu-  
scripto codice. Elegans hic usus istius particula-  
tujus vel unus Aristoteles exempla μέτεοι  
quod

quod suppeditat. Ethic. Nic. ḡ. e. i. Μήποτε δὲ καλῶς τέτο λέγεται. Ibid. c. 3. μήποτε καὶ λέγεται τὸ δίτιον. c. 9. Οὐ δέ λόγος καὶ οὐ διδάχη μήποτε εἰπεῖν απασιν ἰσχύ. Theognis ita intelligendus, Μερέχθετος καὶ πόλεμήποτε τῷδε ἀδοι. Omnibus his locis aliquid subaudiendum est, ut oratio sit perfecta. Ita & Matth. xxv. 9. Ἀπεκείδηστος δὲ αἱ φρέγηαι λέγουσαι, Μήποτε οὐκ ἀρκεῖσθαι ἡμῖν καὶ εἶμεν.

P. 105. l. 4. Δειμότητας ] Δειμότης hic, noti austeritas, sed naturalis ingenii bonitas & præstantia, quæ habiles ad percipiendas disciplinas reddit. Plato Politic. VII. Δειμότητα, ὡς μακάρεις, ἔργον δὲν ἀντοῖς τοὺς τὰ μαθήματα ὑπάρχοντας, καὶ μὴ χαλεπῶς μαθάντων. τολὺ γένος τοι μᾶλλον ὑποδειλωστὸς φυχῆς εἰς ἴχνες μαθημάτων, οὐ εἰ γυρασίσθις.

P. 135. l. ult. ἐξίστασον τὸ βύθυμον] Εξίστασι τὸ βύθυμον, quod l. vii. εἰπεῖναι τὸ βύθυμον: cui convarium, Καίνην εἰς βύθυμον apud Longinum Πλει. ὑ. ἄ. τοι, aliosque. Plato de legib. II. τάξεις εἰδῶνται uni homini concessam docet: duplēcē autem ἑδεῖν ille constituit: allam τὸ κυρίσσον ταξιν, quam βύθυμον propriè indigitac: aliam τὸ φαῦλον, quam vocat σέμεριαν. Εἰπεῖναι τὸ βύθυμον Ciceroni, extra numeros moveri. Ab hac eadem saltandi metaphorā vox elegans ἐξορχεῖται, pro, predote mysteria, quæ à viris doctis explicata dudam: nos actum non agemus.

P. 169. l. 4. διαδοχατισμοί, κυριδ. ] Per διαδοχατισμούς hic figuratē ferridiora circa honores & imperia contendentium & contra nitentium studia ianui puto. q.d. digladiationes. ut & lib. IV. pag. 69. l. 16, 17. διαδοχατισμοί εἰπεῖναι. Ήσιον Xylander,

Xylander, confessi perierunt, verterem. Ego cum extera ad animum persinante, hoc quoque ad animum, non ad corpus, referendum credidi. Vero vis acceperas modo, dignus Platonis, etiam Longino laudatus, est locus Pollicis. Ex. qui cum hoc Antonini conferatur: Βοσκηθετον διανεγκεινοντες χαλκοφτες εις γυναικες τραπεζας, ορθοτες χρηστης θεοντος αυτων εις εργα της τεττας πλεοντας λακτιζοντες καὶ μεταποτικαλλινεσινοντες κηδεμονες αυτοις αποκατηνεινται δι ηπειρωτας.

P. 287 l. 16. Διανεγκεινοντες] Tunc hoc caput quod Xylander adeo pro deplorato habuit, ut alteris necesse esset imperfatum, sed à praece interputationis emendatione (ut plurima alia passim) sanavimus: his tandem exceptis, quod pro Θεοντος δι ηπειρωτας, &c. edidimus: & pro μεταποτικαλλινεσινοντες, &c. (quod tamen etiam in Haescheli-ano codice reperimus nobis) μεταποτικαλλινεσινοντες, &c. correcimus: ut & Xylandrum in manuscripto li- bro que uisus es reperiisse, cum ex versione ejus (cogitabo, &c.) cum ex verborum istorum, μεταποτικαλλινεσινοντες οντες εστιν, importunit illa quidem nec f' tredā, sed que tamen sonasse à vera lectione manavit, in Tigrinā editione repetitione, non improbabilis suspicio.



**Q**via manuscripti Haschbeliani, quod Excerptum  
Exchelior deuteegy inscribitur, sape memori-  
mimus in Notis, & ex illo non pauca in Antonino  
correxiimus, rem gratam letteribus Antonini non  
paucis, (volente ac faveante viro humanissimo, Manu-  
scripti Domino, cuius alibi mentionem fecimus)  
facturos nos credidimus, si & ipsum hic ad calcem  
exhiberemus. Quia tamen si totum describeremus,  
non tam novum quid afferre, quam Antoninum pa-  
rum putum transcribere, nec ullam admodum operae  
precium fecisse nos ab aliis objici poterat; ut et illorū  
curiositati satisfacremus, & istorum non minus oc-  
currereremus fabrido, hoc temperamento usi sumus, ne  
quod Antonini, in Antonino ipso legeretur; & quod  
Excerptoris bujus, quicunque fuerit, proprium, di-  
visio delectusque, seorsim hic brevi tabula compre-  
bensum representaretur. Varia letiones, quacumq;  
aliquius erant momenti, in Notis suis quaque locis  
invenientur. Præterea sciendum est, bina Enchiridii  
bujus exemplaria manuscripta ex una eademque  
Biblioteca Augustana habuit esse & manuscritum  
Haschbelium, quorum alterum in capite XXXII. de-  
finebat: alterum vero, totis undecim capitibus an-  
ellius, ad XLIII. usq; producebatur.

Istius igitur Enchiridii,

Caput Incipit,

Definit,

I. Η τὸ δλαν. τὸ συμπτεγμα.  
Ant. lib. VII. p. 177. l. 10. ibid. l. 15. 16.

II. Ιδιοὶ ἀνθρώποι. οἱ πολέμωνες.  
Ant. ib. lin. 4. ibid. l. 9.

*Incipit,*

**III.** Φοβεῖται τις  
*Ant. ib. p. 175. l. 1.*

**IV.** Μὴ ἀγχύνε  
*Ant. ib. p. 171. l. 2.*

**V.** Οὐκ ὅρας  
*Ant. l. VI. p. 151. l. 21.*

**VI.** Μήτι ὁ πλος  
*Ant. ib. p. 157. l. 6.*

**VII.** Αἱ πάλαι συν.  
*Ant. l. IV. p. 87. l. 11.*

**VIII.** Απυχής ἐγώ.  
*Ant. ib. p. 95. l. 15.*

**IX.** Ὁποῖόν δέ.  
*Ant. l. V. 5. p. 107. l. 23.*

**X.** Οὐδὲν ἔδει.  
*Ant. ib. p. 119. l. 16.*

**XI.** Τὸν πρεμονιδιόν.  
*Ant. ib. p. 133. l. 13.*

**XII.** Οἶον δὴ τὸ.  
*Ant. l. VI. p. 137. l. 8.*

**XIII.** Αἰδονηρ.  
*Ant. ib. p. 151. l. 4.*

**XIV.** Οὐκ ἔστι  
*Ant. ib. l. 15.*

**XV.** Οἴς συγχακλίς.  
*Ant. ib. p. 153. l. 22.*

**XVI.** Ὁπεργοτ.  
*Ant. l. 7. p. 187. l. 15.*

**XVII.** Συνχάεις ἡσ.  
*Ant. ib. p. 191. l. 21.*

*Definit;*

Ἴδεν εύσξ.  
*ibid. l. 18.*

Δυν. ἡ τέτε.  
*ibid. l. 6.*

πρέστης θεούς.  
*ibid. p. 153. l. 2.*

καὶ πολετική.  
*ibid. p. 159. l. 2.*

πηγῆς ῥέον.  
*ib. l. m. ult.*

ἀπέχεται ἴδια.  
*ib. p. 97. l. 5.*

ορ. τ. ἀπαιρῆσα.  
*ib. p. 111. l. 9.*

φρεγνίσσως.  
*ib. l. m. 21.*

ἔξι δυτέ.  
*ib. l. m. 21.*

καταγαπτεῖ.  
*ib. l. m. 23.*

ἔβλαστε.  
*ib. l. 6.*

ἔκ τ. δυτῆ.  
*ibid. l. m. 20.*

τὰ διατέ.  
*ibid. p. 155. l. 6, 7.*

ὑφορεστέον.  
*ib. l. 19.*

ἔρμης δυτεῖ.  
*ib. l. m. ult.*

**XVIII.** Πλεον

*Incipit,***XVIII.** Πᾶσα ψυχή.Ant. *ib.* l. ult.**XIX.** Ἐπὶ μὲν π.Ant. *ib.* p. 193. l. 5.**XX.** Πόδες ἴσμεν.Ant. *ib.* l. 18.**XXI.** Οἱ θεοὶ ἀδ.Ant. *ib.* p. 197. l. 3.**XXII.** Γελοῖόν δέ.Ant. *ib.* l. 13.**XXIII.** ΜέρυποςAnt. *l.* VIII. p. 207. l. pen.*Vide* Auctarium Notarum ad hunc Astronomiolum.**XXIV.** Οὐδενί.Ant. *ib.* p. 209. l. 9.**XXV.** Βραχύβιος.Ant. *ib.* p. 211. l. 5.**XXVI.** Εἴτοτε.Ant. *ib.* p. 215. l. pen.**XXVII.** Μέρυπος.Ant. *ib.* p. 223. l. pen.**XXVIII.** Μηκέτι.Ant. *ib.* p. 229. l. 4.**XXIX.** Οὐλιος.Ant. *ib.* l. pen.**XXX.** Τῷ ἐμῷ.Ant. *ib.* p. 229. l. 14.**XXXI.** Οὐδικῶν.Ant. *l.* IX. p. 235. l. 4.*Desinit,*

πραότερος.

*ib.* p. 193. l. 4.

π. εὐδίδως.

*ib.* l. 15.

συμπ. τὸν.

*ib.* p. 195. l. 7.

τῷ φαιλον.

*ib.* l. 12.

δύνατον.

*ib.* l. 15.

ἀντ. γέγονεν.

*ib.* p. 209. l. 2.

ποιητέον.

*ib.* l. 12.

ἢ γῆ στροφή.

*ib.* l. 9.

ἐπόποεν.

*ib.* p. 217. l. 12.

ἀτυχής.

*ib.* 225. l. 6.

δυναμένη.

*ib.* l. 8.

παρ. αὐτήν.

*ib.* p. 231. l. 13, 14.

ἀτυχέων.

*ib.* l. 20.

ἀσθετή.

*ib.* p. 237. l. 20.**XXXII.** Ητε

*Incipit,**Definit,*

<b>XXXII.</b> Ήτα δένει.	γίνεται.
<i>Ant. ib. p. 259 l. 14.</i>	ib. p. 259 l. 6.
<b>XXXIII.</b> Οταρ τιθει.	τραχ' ἔνει.
<i>Ant. ib. p. 259 l. 21.</i>	ib. p. 261 l. 4.
<b>XXXIV.</b> Εὐχεστον.	εὐεστόν. ξχε-
<i>Ant. ib. p. 261 l. 5.</i>	ib. l. 15.
<b>XXXV.</b> Τί δαι γαδον.	τι καρπού.
<i>Ant. ib. l. 15, 16.</i>	ib. p. 263 l. 3.
<b>XXXVI.</b> Τί γέλειτο.	το δέιντο.
<i>Ant. ib. p. 263 l. 3.</i>	ib. l. ult.
<b>XXXVII.</b> Φαρτόρα.	ἀναγκάτον.
<i>Ant. l. 10. p. 285 l. 3.</i>	ib. l. 8, 9.
<b>XXXVIII.</b> Καταμέρος.	τέρπεται.
<i>Ant. ib. l. 10.</i>	ib. l. 32.
<b>XXXIX.</b> Μηδενί.	τοιὲτος τοι.
<i>Ant. ib. p. 287 l. 13.</i>	ib. l. 17.
<b>XL.</b> Τῷ διδούμενῳ.	δενίος
<i>Ant. ib. 289 l. 23.</i>	ib. 291 l. 13.
<b>Consule ibi Notas.</b>	
<b>XLI.</b> Τὸν ψυλαίνοντα.	τὰ αἴπαλα.
<i>Ant. ib. 291 l. 14.</i>	ib. l. 24.
<b>XLII.</b> Οἱ εὐτιμενοι.	χ. φίλον.
<i>Ant. l. XI. p. 303 l. 19, 20.</i>	ib. p. 303 l. 5.
<b>XLIII.</b> Δύραμος.	τρικαττόνων.
<i>Ant. ib. 309 l. 1.</i>	ib. l. 22, 23.
* Nota quod asterisci 3. in transcripto Hæsche- liano hic adscripti vocem unam aut alteram in autographo desiderati indicant.	

*Finis.**Tρ Θεοῦ χάρις.*